35
3

QVOD DEVS FELIX FAVSTVMQVE ESSE IVBEAT!

DE ALIMENTIS

DISSERTATIONEM HANC IVRIDICAM INAVGVRALEM

DECRETO ET AVTHORITATE NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS IN HAC ILLVSTRI ACADEMIA

PRAESIDE

AMPLISSIMO CONSVLTISSIMO ET EXCELLENTISSIMO VIRO

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DN. HENRICO Hahn ICTO, CODICIS PROFESSORE ET FACVLTATIS SVÆ PRIMARIO, HODIE DECANO, GVELPHICI DICASTERII ASSESSORE, &c. PRÆCEPTORE ET PROMOTORE SVO ÆTERNVM COLENDO.

PRO LICENTIA

CAPESSENDI SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES, DOCTORALES IMMVNITATES, ET PRIVILEGIA

PVBLICE VENTILANDAM PROPONET

IOHANNES-IVSTVS PARTHESIVS NORTHEIMENSIS

IN AVDITORIO MAIORI

Ad diem VI Septemb.

HORIS CONSVETIS ANTE ET POMERIDIANIS

HELMESTADII,
Typis HENNINGI MVLLERI,
CIƆ IƆ CLII.

IN NOMINE IESV!

DE præſtatione & jure Alimentorum diſputaturo mihi potiſſima ſuſceptæ tractationis cauſa fuit ſumma materiæ utilitas & neceſſitas; quippe cum in judiciis de alimentis diſceptationes longè ſint frequentiſſimæ, teſtantibus præter experientiam quotidianam Cardin. Tuſcho *tom. 1. pract. concluſ. iur.* 286. & Hercule Mareſchot *lib. 2. var. reſolut. c.* 83. *n. 1.* Hunc itaque ſpatioſiſſimum campum, ampliſſimam diſputandi materiam ingredi equidem non dubitavi, minimè tamen omnes ejuſdem elegantiſſimos flores, tot & tantas huc pertinentes controverſias pro earum dignitate exponere mihi eſt propoſitum, etenim ſufficere pro ratione inſtituti putavi, ſi præcipuas de alimentis quæſtiones, earumque fundamenta breviter deducere, & ad diſputandum adaptare pro viribus anniterer. Antequam autem ad rem ipſam accedam, ordinem, quem in diſputatione obſervare placuit, explanare non videtur incongruum. Hic talis erit: ut primo loco de alimentorum appellatione, quid nomine eorum intelligendum & præſtandum in genere veniat. 2. De perſonis, quibus, & à quibus, & quo jure alimenta ſint ſuppedi-

tanda. 3. De alimentorum æſtimandorum præſtandorumque modo. 4. De operis alimentario incumbentibus. 5. Quo loco, & 6. Quo tempore præſtanda ſint. 7. De alimentorum privilegiis. 8. De modis & remediis, quibus ad alendum obligati coerceantur. 9. De petitione. 10. De Repetitione alimentorum. 11. De contrariis & amiſſione eorundem. 12. Denique de quibuſdam alimentorum præſtitorum effectibus paucis agatur.

THESIS. I.

Alimentorum ſinonyma.

ALimenta ab alendo dicta, quod corpus humanum alant & conſervent; Germanicè optimè exprimuntur, per voculas Lebens mittel/ unterhalt/ Speidel. *in notabil. hoc verbo it.* Leibsnahrung. Peinl. Halßgerichts Ordn. *art. 206.* Atzung. *ibid. art 153. 207. 213.* Gaudent autem hæ voces *Alimenta & alere* in jure noſtro varijs ſinonymis, ut ſunt præcipua, Victus, Victualia, Veſci *l. f. ff. de alim. leg. l. pen. ff. ut in poſſ. legator. l. 43. & ſeqq. de V. S. ibiq.* Goddæus. Calvin. *lex. in verbo Alimentum*, Pabulum, paſci *c. paſce. Diſt. 86. Auth. licet. C. de natur. lib. l. 9. C. de i. fiſci. Nov. 131. c. 13.* Exhibitiones. Exhibere *l. 5 pr. §. 1. 7. 15. 19. de agn. & al. lib. l. 3. §. 4. ff. ubi pupill. educ.* Suſtentatio, ſuſtentare *l. 13. §. ſ. ff. de adm. tut. l. 29. C. de I. dotis.* Nutrimentum, Nutritio, Nutrire, *l. pen. ff. de his qui ſui vel. al. iur. l. 2. C. de infant. expoſ. Nov. 18. c. 5.* Alimonia, *l. 4 ff. de agn. & al. lib. l. 73. de I. dot.* Sic etiam legatæ Educationis nomine *l. f. ff. de alim. leg.* ſub legato Vitæ Neceſſariorum, Subſidiorum vitæ, nil niſi alimenta ſignificari, ex Pontano & Speidelio tradit Ampliſſ. Dn. Præſes. Patronus & præceptor meus

æternum

æternum honorandus in *obſervat. ſuis ad parat. VVeſenb. tit. de alim. leg. n. 1.* Plures hujuſmodi formulas & vocabula, quibus alimenta imprimis in ultima voluntate cenſeantur relicta, recenſet Menoch. *de præſumpt. 157. n. 1. uſq; ad 23. lib. 4.* Iac. Faber. *de Alim. c. 1. pag. m. 6. & 7.* Mart. Coler. *tr. de alim. lib. 1. c. 15. n. 38. & ſeqq.* Petr. Surdus *tr. de alim. tit. 2. per tot.* À penu, cibarijs alimenta differunt, ut genus à ſpecie, nec enim illis relictis ampliùs quid, quam quæ ad eſum & potum frugaliter ſpectant, debetur, ut patet ex *l. 3. pr. & tot. tit. ff. de cibar. & de penu legata.* Sub alimentis item & hæc & alia plura regulariter continentur. Coler. *de tr. lib. 2. c. 1. n. 6.* Calvin. *in lex. hoc verbo.* Negari tamen nequit, quod quandoque Alimenta, vocabulo ſtrictiſſime ſumpto, nil ferè niſi cibaria & diaria excluſis veſtiario, habitatione &c. complectantur: quæ ſignificatio tùm potiſſimùm attenditur, quando de damno & præjudicio alimentarij agitur, ut in Tranſactionibus & Remiſſionibus alimentorum, *l. 8. §. 12. & ſeqq. ff. de Tranſact.* Godd. *ad. l. 44 n. 7. de V. S.* Bartol *de alim. n. 1. & 2.* Borch. *tr. de Tranſact c. 3. n. 25.* Menoch. *de arbitr. iud. q. caſ. 170. n. 28.* Homonymia

II.

In lata & communi ſignificatione *ſub alimentorum nomine* ea omnia denotantur, & alimentando præſtanda ſunt, *quæ ad vitæ humanæ ſuſtentationem ſunt neceſſaria, quibus ſine quis vivere, aut corpus ali nequit. l. 6. l. 21. l. f. ff. de alim. leg. l. 19. C. de hæret. Nov. 12. c. 2. l. 43. de V. S.* Gajus *in l. 44. eod.* eò omnia pertinere dicit, *quibus tuendi, curandive corporis noſtri gratia utimur. add. l. 234. inf. d. t. l. 5. §. 12. h. t. & ad eundem* VVeſenb. *n. 4. ut & ad tit. de alim. leg. n. 1.* Sic quidem in theſi generaliter alimenta licet deſcribere; alias in hypotheſi eorum determinatio & taxatio ob diverſitatem perſonarum aliarumque circumſtantiarum prorſus varia eſt, ita ut quid eo nomine præſtandum cuique alumno ſit, nulli certæ regulæ includi nullo modo poſſit, *arg. c. un. 2. F. 23. l. 3. ff. de Teſtib.* ideoq; judicis moderationi & arbitrio hoc neceſſario relinquendum ſit, quod quomodo temperari debeat infra oſtenditur. Hic ſub initio ſtatim præcipuas Alimentorum ſpecies & contenta, quidque indiſtinctè omni alimentario eo nomine Quid nomine alimentorum veniat.

 mine

mine præſtandum veniat, inveſtigare conſtitui, fruſtra enim eſt, ut Bartolus ait, de alimentis quærere, ſeu tractare, niſi ſcrutemur, quid eorum nomine contineatur. *tr. de alim. n. 1.*

III.

Alimenta vel ſunt interna vel externa

Non autem incommodè alimenta ſeu ea quæ ad vitæ ſuſtentationem requiruntur, dividi videntur, in interna & externa, ſeu in Nutrimentum & corporis cultum exteriorem. Inter illa præcipuum locum ſine controverſia obtinent

Cibaria

cibaria: quo nomine non tantum panis, carnes, & reliqua edulia pro qualitate & conditione perſonæ, ſed etiam *potus*, vinum, cereviſia, VVeſenb. *ad ff. h. t. n 2.* Gotofr. *ad l. 44. de V. S. lit. A.* quandoque etiam *aqua*, ſcil. in locis ubi hæc vendi ſolet, *l. 1. l. 14. §. 3. ff. de alim. leg.* imò & ipſa vaſa, quibus ad potandum utimur, continentur, *arg. l. 3. inf. & 4. de pen. leg. l. 3. §. 1. de Trit. vin. & ol. leg. & ex* Rebuff. Menoch. *de præſ. 157. n. 16. & ſeqq.*

Medicinæ.

Medicinas quoque h. e. omnia quæ vel conſervandæ vel reſtaurandæ valetudinis ergo neceſſariò impenduntur, huc rectè referri, & alimentando præſtanda eſſe, verior & communior Dd ſententia eſt. *arg. l. 44. ibi: tuendi curandive ff. de V. S. per l. 45. ff. de uſufr. & quem. & d. l. 5. §. 2. h. ibi, quorundam ægritudini.* Bart. *de alim. n. 6. per l. 22. §. 8. ff. ſol. matr. ibiq;* Alexander. *n. 3.* quam legem alij in contrarium allegant, recte refutati à Côlero *d. l. 2. c 1. n. 5.* add. Gotofr. *ad l. 6. de al. leg.* Rebuff. *de ſent. proviſ. art. 1. Gl. 4. n. 1.* Donell. Enucl. *lib. 12. c. 4 lit. H.* Mynſing. *cent. 3. obſerv. 12.* Gudel. *jur. Noviſ. lib. 3. c. 14.* Nec huc quadrat diſtinctio nonnullorum inter ſumptus medicinæ cauſa faciendos parvos & magnos, quam *ex l. 22 §. 8. ſol. matr. l. 18. §. 2. ff. commodat.* nectere fruſtra conantur. Coler. *d. l. n. 8.* Garz. *de Expenſ. c. 3. n. 44. in f.*

IV.

Veſtiaria

Sub alimentis cultus, quæ ſcil. corpus tuentur & ambiunt, ſequentia præcipua ſunt. *Veſtimenta. d. l. 43. in f. d. V. S l. 234. §. f. eodem l. 6. l. f. de alim. leg.* cujuslibet generis & materiæ; de quibus vid. *l. 23. tot. de aur. & arg.* quoties ſc. & qualia perſonæ conditio, locus, tempus, uſus exegerit. Chriſtin. *vol. 3. tit. 25. Belgic. deciſ. 143. n. 12. arg. l. 12. §. 5. ff. quando dies leg. cedat.* Atq; huc

c omnia pertinent, *quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſter-di, incubandi,* imò & convenienter exornandi, *cauſa parata , iisq; acceſſionis vice cedunt, d. l. 25. l. 45. d. V. S.* Qualia ſunt *earia* h. e. ad pedum tegumenta neceſſaria *l. 8. §. 14. ff. de* Calceiia
nſact. l. 21. de alm. leg. ut & pileus, induſia, cingulum, lectus, citræ, lodices, pelles &c. *l. 25. per tot. ff. de aur. argent. arg. d. 5. & l. 234. §. f. V. S.* Bart. *de alim. n. 4.* Rol. à Valle *conſ. 22. n. 3. vol. 1.* Pontan. *de alim. c. 12. n. 20.* Sub alimentis his genera-t debitis ſine dubio quoque continetur *Habitatio. d. l. 6. &* Habitatio
f. de alim. leg. & cit. ll. etiam pro familia alimentarij, per *l. 21. recario.* Menoch. *de arbitr. 1. q. lib. 2. caſ. 120. n. 29. & tr. de præ-pt. d. 157. n. 21.* Mynſing. *obſerv. 12. c. 3. & ad l. de act. §. 37. n. 4.* o referunt omnia ad commodam habitationem pertinen-ſuppellectilia, ut ſunt menſæ, ſcamna, ſubſellia, pelves, can-bra, lucernæ & alia varia vaſa domeſtica. Menoch. *d. p. n. 21.* urdus. *de alim. t. 4. q. 4. n. 2. & ſeqq.* *Ligna* quoque ſup- Ligna
itanda ſunt, ad calefaciendum hyemali tempore hypo-ſtum & coquendos cibos neceſſaria, per *d. l. 43. & ſeq. d. V. S. ligna 9. de pen. leg.* it. cerei, candelæ, & ſimilia ad uſum do-licum neceſſaria, *§. 19. d. l. 3.* *Impenſæ funebres* quoque ali- Impenſæ
itario defuncto præſtandæ ſunt, cum & hæ ad corporis cu- funebres
ſpectent, *l. 37. ff. de relig. juncta l. 44. de V. S.* & hûc facit *28. l. 30. l. 31. §. qui ſervum d. t. de relig.* add. Coler. *lib. 2. c. 1. n. 12.* ubi hoc aliquot argumentis probat. Nec minùs quando-alimentorum nomine alimentario præſtari debent *famuli* Famuli.
ſarii ad miniſterium ejus ſecundum dignitatem & qualita-perſonæ, iiſque cibaria & ſolaria ſuppeditanda, *arg. l. 4. ntr. in poſſ. l. 12. §. 3. & l. ſeq. ff. de adm. tut.* imò etiam equi rrus, ſi neceſſitas & dignitas alimentarij id expoſcat, ad-li ſunt. *arg. l. 3. pr. & §. 7. de pen. leg. l. 12. §. 4. de uſu & habit.* och. *d. l. n. 28.* Surdus *t. 4. q. 8. n. 1. & 2. arg. l. 10. §. 9. ff. man-* Excellentiſſ. Dn. Præſes *in obſerv. ad VVeſenb. t. de alim. leg. p. 323.*

V.

Verùm an ſimplici alimentorum appellatione *inſtitutio* An etiam
que tum in religione, tum artibus liberalibus aut etiam Inſtitutio?
mecha-

mechanicis, quæque ad ea addiſcenda requiruntur *mercedes ſcil. magiſtrorum. libri* & ſimilia præſtanda veniant, fortè majoris difficultatis quæſtio eſt: quam diſtinctione adhibita inter debendi cauſas communiter decidunt. Quoties enim obligatio ad alendum ex naturali & ſanguinis jure ſeu legis diſpoſitione aliquem tenet, maximè quando deſcendentes ab aſcendentibus aluntur, toties non tantum ea, quæ corpus, ſed etiam quæ animum nutriunt, & perficiunt, atque adeò hujuſmodi quoque ſumptus ſubminiſtrandi ſunt, *l.4.ff.ubi pupillus educ. deb. l.2. pr. l.3.§.2.§.5.eod. l.f. verſ. cæterum C. de alim. pupill. præſt. l.15. C. de neg. geſt. l.5. §. 12. ff. h. t. l.6. §.5. ff. de Carbon. edict. l.5. C. ad SCt. Maced.* rationem *in th. ſeq.* inveſtigabimus: Quando verò ex diſpoſitione & nudo beneplacito hominis ſ. vivi ſ. morientis alimenta debentur, eorum nomine tantum quæ corpus concernunt, veniunt, ſumptibus hiſce excluſis, *l.6. ff. de alim. leg. ibiq;* Gotofr. niſi aliud teſtatorem ſeu contrahentes ſenſiſſe probetur, *l.7. d.t.* Tam enim in contractibus quàm ultimis voluntatibus, ſi quid eſt ambigui, ea ſumenda eſt conjectura & interpretatio, quæ maximè propriæ vocabulorum appellationi magis congruit, *l. non aliter 69. de leg.3. l.7. §.3. ff. de ſupel. leg. c. 7. X. de ſponſal.* quæ huic voculæ alimentorum non eſt alia, quam ut corporis & vitæ neceſſaria denotet. Brunner. *eleg. tr. de collat. c.4. n.63. & aliq. ſeqq.* Mynſing. *c.3. obſerv. 12.* ubi plures citat. Porrò circa hæc notari oportet, quod equidem parens inter alia quoque obſtrictus ſit, ut filios ſuos aliquâ pro ratione natalium & ingenij conveniente arte, ſeu opificio, unde victum ſibi poſtea honeſtè quærere valeant, erudiri curet, per *l.2. C. de al. pup. præſt. d. l. 4. ff. ubi pup. educ. l. 12. de leg. 3.* ſecundum præceptum illud vulgare:

Si tibi ſunt nati, nec opes, tunc artibus illos
Inſtrue, quo poſſint inopem traducere vitam.

Hoc enim ſi pater neglexerit, eidem egenti filius ſubvenire non tenetur; prout ap. Athen. & Roman. lege cautum fuiſſe & adhuc obſervari probat Cöler. *lib.1. c.5. n.51.* Gudel. *de I. Noviſſ. c.14. pr.* Neque minus ad ſumptus circa inſtitutionem legendi ſcriben-

ſcribendique, ut & rudimentorum pietatis ac religionis, cùm ſine altero non civiliter, ſine altero non Chriſtianè vivere homo poſſit, expendendos tenetur, *l.6. §. 5. de Carb. edict. ibid.* Bart. Menoch. *de arbitr. caſ.501. n. 8. & ſeqq.* Godd. *ad d. l. 44. de V. S. n.10.* Verùm patrem præcisè cogendum non eſſe, ut filio *ſumptus ad ſtudia* ſubminiſtret, maximè ſi facultates ejus, & utriuſque conditio, filijque genius id diſſuadeant, probabilius videtur. Bart. Padilla. Gomez. *cit. & approb.* Hillig. *in Donell. Enucl. lib. 12. d. c. 4. lit. R.* Quam tamen aſſertionem alij meliùs ita temperant, ut obtineat in ſtudijs altioribus juriſprudentiæ ſive medicinæ, & quidem antequam eorum inchoetur tractatio, quando verò ex conſilio juſſuvè patris in ijs excolendis abſumpſiſſet ætatem auſpicio militiæ, mercaturæ, aut artificij aptam, non liceat patri mutare conſilium in filij detrimentum, per *l. 75. de R. I.* Atque in hoc caſu ad ſumptus in perſecutionem ſtudij exhibendos, modò ijs par ſit, nec filius ſegniter aut infeliciter ea excolat, compelli poteſt. Tulden. *in C. ad h. t. n. 2.* Chriſtin. *d. deciſ. n. 18. & dec. 160. n. 9.* quô etiam inclinat Menoch. *d. c. 501. n. 12.* add. Surd. *t. 4. q. 6. n. 6. & ſeqq.* Aſcan. Clem. *de patr. pot. c. 6. effect. 17. n. 38. & ſeq.* Garz. *de Expenſ. c. 4. n. 3. 48. & ſeqq.* Baro Eneukelius *tr. de privileg. par. & fil 7. c. 2. n. 3.* ubi ſecundum Ariſt. quòd quiſque *pro viribus & fortunâ ſuâ.* atque *inf. d. n. pro moribus cujusq; Reipub.* liberos ſuos educare debeat, concludit.

An ſtudiorum ſumptus?

VI.

His præmiſſis ſtatim nunc de perſonis, quæ ad alendum alios ſunt obſtrictæ, agere viſum fuit non incommodum. *arg. §. f. I. de I. N. G. & C.* Hujus autem obligationis cauſæ (ut th. præced. jam tum innui) duæ ſunt, NATVRA & HVMANA VOLVNTAS. Debemus enim alimenta alijs vel hoc modo, mediante nimirum & interveniente aliquo noſtro facto promiſſione aut conventione, atque ſic ex juſtitia particulari: vel illo, quando ſcil. ſolius naturalis amoris æquitatis & pietatis ductu & intuitu ſine tali facto alterì de alimentis proſpicere tenemur, *l. 1. pr. ff. de obſeq. par. præſt. l. 4. in f. C. de p. p. l. 5. §. 14. §. 16. ff. h. t.* Verùm inter illos, qui ita naturaliter

Perſonæ quæ & à quibus alendæ.

 ratione

ratione ſc. ſanguinis, pietatis, aut ſummorum in ſe collatorum beneficiorum alios ſuſtentare tenentur, alij magis, alij verò minùs id ad ſunt obligati. Omnium verò arctiſſimè de jure nat.

Liberi à parentibus

parentes ad omnia, quæ ad ſuſtentationem & educationem ſobolis ſuæ faciunt, præſtanda ſunt adſtricti, vid. Grot. *d. c.7. n.5. verſ. hinc fit*; quippe cum ipſa etiam bruta quæque nobiſcum communi naturali inſtinctu proli ſuæ de vitæ neceſſarijs, quantum eſt neceſſe, proſpiciant, atque huc faciunt *pr.I.d.I.N.G. & C. l.1. §. ius naturale ff. de I. & I. l.8. §.5. in pr. & fin. C. de bon. quæ lib. l.un. §.5. C. de rei ux. act. & eleg.* Diod. Siculi verba. *Optima magiſtra natura eſt, cunctis animantibus non tantùm ad ſui, ſed etiam prolis ſuæ conſervationem, ut cognata hoc caritate continua ſucceſſio ad æternitatis circulum perveniat.* Nec minùs illud Valerij placet: *parentes nos alendo nepotum nutriendorum debito nos allegarunt.* Summè itaque vitioſus, beſtijſque erit deterior, & ut Coler. loquitur, videtur morbum habere cerebri & defectum rationis, *lib. 1. c. 2 n.9. arg. pr. I. & l. 2. ff. de inoff. teſt.* qui commune hoc jur. nat. præceptum negligere non veretur, de quo Cicero *lib. 2. de orat. Non eſt*, inquit, *boni & liberalis parentis, quem procrearit & eduxerit, eum non veſtire & ornare, præſertim cum ſe locupletem eſſe negare non poſſit.* Imò hominem, ut ulterius ſuâ ratione quàm brutum animal procedat, oportet, eique quem genuit, non tantum de ijs, quæ ad naturalem, ſed etiam quæ ad ſocialem vitam, cujus pars quædam homo ſtatim dum naſcitur, fit *l.1. §.15. ff. de ventr. in poſſ. mitt.* ſunt conducibilia & neceſſaria, proſpicere. *arg. l.19. §.1. C. de hæret. ibi. & eis omnia præſtare, quæ ad quotidianæ vitæ converſationem ſufficiunt*, eundemque quantum penes ſe eſt, ad ſuam perfectitudinem, quam quis cum ipſo actu Reip. prodeſſe valet, habere videtur, producere debet. Ex mente quippe ſummi Philoſophi *omnis qui dat formam rei, etiam ea, quæ ad formam ſunt neceſſaria, dare tenetur.* add. Grot. hæc pro more ſuo ingenioſè deducens *lib.2 c.7. n.4. d. tr.* Palæot. *de ſpur. c. 48. n.5.* Garz. *de Expenſ. c.3. n.3.* Connan. *lib.1. comment. c.48. n.6.* Tuld. *in C. h. t. n.1.* Hillig. *in Donell. Enucl. lib. 12. d. c. 4. lit. A.*

VII. In

VII.

In aprico itaque eſt, hanc alimentandi obligationem & eceſſitatem maximè & merè naturalem eſſe; eidem autem ıppetias ferendas, certoſque effectus addendos majeſtaş civis neceſſe putavit; malè enim ſine dubio Reip. conſultum foet, eique ſæpiùs irreparabilia inferrentur damna, ſi hujus at. præcepti executio liberæ cujuſque voluntati & conſcieniæ relinqueretur, præſertim in hac mundi fece, ubi ut plurinùm homines non niſi metu pœnæ ſuo officio ſatisfaciunt, rg. *Nov. 18. c. 8.* Nec hic juris civ. attenditur ſubtilitas, quæ item & judicium civile inter patrem & filium conſiſtere non ermittit. *l. 4. ff. de iudic. l. 16. de furtis.* ſed potiùs ſimplicitas ε veritas naturæ. Ex Surdo Hillig. *in Donell. Enucl. d. l.* Sic itaque leges non minùs quàm jus naturæ liberos à parentibus lendos imperant, ut patet *ex d. l. 8. §. 5. C. de bon. qualib. t. tt. ff. & C. de alend. liberis. l. 9. ff. de Iur. deliber.* adeò, ut nec contrariâ onſuetudine, nec Principis conſtitutione, nec ſtatuto, nec rivatorum pactionibus, ne quidem renunciationibus etiam uratis hanc obligationem interimi patiantur, per *§. pen. I. de I. N. G. & C. § f. de leg. agn. tut. l. 8. ff. de pact. c. 11. in f. de iurei.* Surd. *de al. t. 1. q. 1. n. 5. & ſeqq.* plura de his infra. Cum autem natura, quæ omnibus eadem *l. 12. § f. ff. de accuſ.* hanc alimentationem induerit, conſequenter omnibus ex nobis procreatis indiſtinctè de alimentis proſpici debet. *text. gen. in l. 2. C. de infant. expoſit.* Atque ita Parens non tantùm ex legitimo, ſed etiam quovis illegitimo & improbato thoro ſibi natos, ſpurios non minùs quàm naturales in ſpecie ſic dictos, alere jubetur. *Auth. licet C. de nat. lib.* junctâ *Nov. 89. c. 10. & 12. & d. l. 2. C. de infant. expoſit.* Imò etiam juris Canonici æquitate Hybridi h. eſt ex inceſtu, & nefariis complexibus procreati, alendi ſunt, *c. cum haberet X. de eo qui dux. in matr. arg. c. 14. 16. & 21. diſtinct. 86.* contrariâ jur. civ. conſtitutione in *d. Auth. licet in f. & auth. ex complexu C. de inceſt. nupt.* (de quâ elegans Baldi dictum refert Gail. *2. obſ 88. n. 5. quod hoc ius in tantum amaverit caſtitatem, ut etiam paternam deſtruxerit pietatem*) ut nimis acerbâ, jurique naturæ adversâ, per canones merito ſublatâ; *movente ſc. miſericordia, quâ non*

Tam de jure civili, quàm de Nat. & Gen.

Liberi indiſtinctè alendi

Etiam ſpurij

Etiam inceſtuoſi.

indigni ſunt, qui alieno laborant vitio. l. 7. C. de nat. lib. De adulterio enim naſci, non eſt eius culpa, qui naſcitur, ſed illius qui generat: & non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis, cauſa vitiorum eſt, atq; virtutum. c. 5. diſt. 56. add. *c. 3. ead. l 33. C. de inoff. teſt. l. 6. de Decur.* Atque hanc juris Pontif. conſtitutionem (uti & alias ex pietate proficiſcentes) etiam in foro ſeculari, in omnibusque imperij noſtri judicijs obſervari, Dd. comm. teſtantur Rol. à Valle *vol. 2. conſil. 54. n. 62.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 434. n. 5. & de præſumt. lib. 1. q. 35. n. 13.* Palæot. *de ſpuriis c 46. & ſeq.* Gail. *2. obſerv. 88.* Hinc eſt, quod etiam legatum alimentorum nomine filijs illegitimis inopibus aut infirmis relictum valeat, Dn. Carpz. *defin. for. p. 2. c. 10. d. 18. & p. 3. c. 14. def. 13.* Imò & in dubio patrem in hanc cauſam ijſdem legaſſe, præſumendum eſſe, tradit Cravet. *conſil. 219. n. 8.* Spuria filia quoque loco alimentorum modicè dotari poteſt & debet; modò tamen hoc prætextu luculentæ patrimonij partes in legis & legitimorum fraudem ijs ne relinquantur, *arg. l. 37. §. Titia de leg. 3.* Tulden. *in C. de nat. lib. n. 4.* nam quatenus talia neceſſitatem alimentorum evidenter excedunt, revocari queunt, *l. 2. C. de nat. lib.* Carpz. & Gail. *d. ll.* confer. Surd. *t. 1. quæſt. 9. & ſeq.* Pontan. *d. c. 2. n. 8. & ſeqq.* Beuſt. *de matrim. c. 60.* Teſſaur. *deciſ. 211. per tot.* quod tamen ab alijs limitatur, ut id, quod dictam dotis quantitatem excedit, non quidem à marito conſtante matrimonio, ſed demum eo ſoluto, cum dos ad uxorem reverſa eſſet, revocandi licentia daretur, per *leg. 15. pr. C. de don. inter vir. & ux. l. 24. C. de iur. dot.* Coler. *cap. 3. n. 59.* Palæot. *de ſpur. c. 50. n. 3.*

IIX.

Adoptivi De filijs *adoptivis* num & hi à patre adoptante alendi ſint, non immeritò hic diſquiritur: rectè autem idipſum aſſeri videtur, cùm illa juris civilis fictio naturam imitari dicatur, *§. 4. I. de Adopt. l. 1. ff. eod.* quod quidem minùs dubij habet in *arrogatis* per principale reſcriptum, nec non in *adoptatis ab aſcendente aliquo*, quia hi cum omnibus ad ſe pertinentibus in plenam adoptantis poteſtatem abeunt, ac omnino eo loco ſunt, quo naturales, adeò ut jura ſuorum hæredum conſequantur, & ne quidem per emancipationem ſpe ſucceſſionis privari debeant.

§. 2.

. 2. & 3. I. l. 2. in f. l. 15. ff. de adopt. Sed cùm idem non procedat n adoptato imperio Magiſtratus ab extraneo, de quo vid. §. 2. I. . 10. C. de adopt. non temerè à quibuſdam ſtatui videtur: quod nec alimenta à patre adopt invitò exigendi facultatem habeat, Hillig. ad Donell. d.l. lit. F. Tiraquel. Menoch. & pl. cit. Hunnio in Encycl. iuris p. 1. t. 10. c. f. n. 15. & ſeq. Verùm ego contrariæ ſubſcribo, quod ſc. pater hujuſmodi filium adopt. quamdiu eum in ſua familia & obſequijs habet, alere debeat: idq; probatur, expr. text. . opera. pen. ibiq; Gl. ff. de adopt. junctâ l. pen. §. 1. in f. C. eod. § 4. I. de Exhær. lib. & per alias rationes, quas habent Coler. lib. 1. c. 4. urd. tit. 1. q. 2. add. Gotofr. ad l. 5. pr. lit. N. h. t. Ioh. Faber. ad . ſed ea omnia. l. de ſucceſſ. ab inteſt. Cl. Dn. Præſes in obſerv Weſenb. d tit de adopt. p. 120. verbis. Eo loco quo filii naturales. Secus ſine dubio eſt, ſi emancipatus fuerit, per l. 1. §. 6. ff. ſi tab. teſt. exſt. in naturalibus autem emancipatio ab alendi onere patrem nullo modo eximit, per l. 5. §. 1. h. hæc enim non à patr. poteſtate, ed à ſanguinis proximitate procedunt, arg. l. 8. de cap. min. Spiritnales quoque parentes officium naturalium quandoque upplere, & ijs, quos ex S. baptiſmatis fonte ſuſceperunt, exemplo adoptivorum in extremis neceſſitatibus conſtitutis ſubvenire oportere, docuit Bald. in auth. Rogati n. 19. C. ad Trebell. quem ſequuntur Surdus tit. 1. q. 11. Speckhan & alij cit. Hunnio . Encycl p. 1. t. 10. c. f. n. 37. arg. l. 26. C. de nuptiis ibi ſ. alumna ſit ſ. non. Verùm enim verò cum nulla lex, nulla ſanctio, nec fortè conſuetudo alendi neceſsitatem ijs imponat, Baro Ernenkelius l.l. c. 3. n. 9. & alij rectius communiter hoc reſtringunt ad alimenta ſpiritualia, ejuſmodique parentes ſuo officio ſatisfacere concludunt, ſi operam ſedulò navent, ut filij ſui luſtrales in fide & doctrina Chriſtiana, quam in baptiſmo per fidejuſſores ſuos ſuſceptores profesſi ſunt, benè inſtituantur & adoleſcant: Eoſque (ut D. Auguſtin. ſermone utar) Semper admoneant, ut caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatem teneant, atq; ante omnia eos orationem dominicam & ſymbolum Apoſtolicum doceant. . 105. de conſecr. diſt. 4. Et hûc facit reg. vulg. quod actus non obliget ultra agentium intentionem, arg. l. 19. ff. ſi cert. pet. Cordub. ad l. 5. pr. h. n. 19. quem ſequitur Coler. d. c. n. 17. & ſeqq.

Non verò Spirituales à ſuſceptoribus,

& ſeqq. & pl. cit. Surdo *d. l. n. 2. & ſeqq.* De *Vitricis* porrò & *Novercis* cum conſtet, eos onera privignorum ſuſcipere nolentes nullâ juris ratione cogi debere *l. 3. §. 7. ff. de mun. & hon.* eos quoque ad alendum privignos non eſſe obſtrictos, dubitari vix poteſt: quod adeò verùm cenſet Iaſ. *in l. 9. §. un. n. 6. ff. de condict. cauſa dat. non ſecut.* & Surd. *t. 6. q. 11. n. 4.* ut vitricus ne quidem cogatur invitus privignos ſuos in domum recipere. Ideoque ſi quos ſumptus in ipſorum alimenta expendit, actione neg. geſt. eos ab ipſis, vel ijs defunctis ab eorum hæredibus repetere non prohibetur, *l. 15. C. de neg. geſt.* niſi privigni oſtendere valeant, donandi animo affectuque parentis ſe ab ipſis fuiſſe nutritos, non enim tale quid, ſed potiùs novercale odium erga hos *arg. l. 4. ff. de inoff. teſt.* præſumitur. de quo vid. plura *in fin. th. 46.* & ap. Carpz. *d. tr. p. 2. c. 10. d. 25. & c. 20. def. 26.*

Nec privigni à vitricis

IX.

Quoad hæc non diſt. inter probè & malè moratos

Neque hoc alimentationis beneficium tantum probis & morigeris, ſed etiam malè moratis, criminumque reis & damnatis competit, nec ſanè parenti etiam talem filium occidere licet, *t. t. C. de his qui par. vel liberos occid.* quod faceret, ſi ipſi ſummè egenti & miſero, utut ſuâ culpâ, neceſſaria vitæ ſubtraheret, *l. 4. ff. h. t. c. paſce diſt. 86. c. Decimæ. 16. q. 1. Nov. 18. c. 3. ibi: in f. Si vult filiorum non repentè morientium, ſed vivere valentium vocari pater. junctâ l. 15. ff. de ſicar.* nec fortè ex mala cauſa & alimoniæ def.ctu tàm ſperandus eſt bonus effectus & ſeria pœnitentia, quàm metuendum, ne inopiâ coacti majoribus ſcelribus ſe inquinent; furta enim rapinas & ejus farinæ plura inde pullulare. S. innuunt literæ. *proverb. 30. verſ. 9.* Non itaque denegare poteſt vitæ neceſſariæ parens filio *Hæretico*, & per ſententiam hujus nefandi criminis legitimè condemnato: per ea quæ habet Coler. *d. c. 2. n. 69. & ſeq.* ubi contraria latè refutat; nec tum quidem, quando ob hanc aut aliam cauſam eſſet *excommunicatus*, quod Pontan. reſtringit, ut tantum in caſu, ubi aliàs fame filius eſſet periturus, procedat *c. 2. n. 14.* Nec *Bannito* vel *proſcripto.* hi enim omnes omnia, quæ Juris naturalis & gent. ſunt, atque ſic etiam alimenta, retinent *l. 17. inf. ff. de pœn. l. 73. §. un. ff. de I. dot.* nec ex obligationes quæ naturalem

Alendus quoq; filius Hæreticus

Excommunicatus.

Bannitus.

præſta-

præſtationem habere intelliguntur, cap. diminutione pereunt. *l.8. de cap. min. l.3. de his quæ pro non ſcript.* niſi filius ob id ſit bannitus, quod patriam aut principem delere nefariò conetur. *arg. l.35. de rel. & ſumpt.* patriæ enim plus quàm liberis aut parentibus debemus. *arg. l.2. d. I. & l. l.14. ad Trebel. l.2. in f. ad l. Jul. Maieſt. l.14. §.4. de mun. & hon. l.19. §.7. inf. ff. de captiv.* Sed quid ſi filius portionem bonorum pro alimentis aut legitimam aſſignatam dilapidaſſet; ad ea iterum præſtanda pater de jure vix cogi poterit, per *l.18. de V.O. l.51. §. ult. de re iud. l. bona fides 57. de R.I. & alia* quæ habet Hillig. *ad Donell. d. c.4. lit.* C. Menoch. *lib.4. præſumpt. 191. n.9. & de arbitr. lib.2. caſ. 182. n. 55.* quod ita demum concedit Tuld. *in C. ad h. t. n.5.* ſi filius 25. annis major ſit. Sed ut contrarium ſentientium opinio æquior, ita etiam receptior videtur. *arg. l.41. ff. de oper. libert. ibiq;* Gotofr. *lit. V.* Ne quidem diſt. puto, an dolo vel culpâ ejus bona ita conſumpta fuerint, tum videlicet, quando ipſi aliunde nil, unde ſe ſuſtentare queat, ſuppetit, & niſi à patre ſuccurreretur, fame ipſi foret pereundum: nec tanta injuria eô infertur parenti, qui ſibi imputet, quod contra boni patrisfam. officium filio incauto ea, quæ pro exigentia ejuſdem fruſtillatim ſuppeditari debuiſſent, unâ vice concedendo, materiam & cauſam luxuriendi ſubminiſtraſſet. vid. de his Coler. *d. c.2. n.22. & ſeqq. ibiq;* contraria refutata. Sic etiam filijs ingratis, immorigeris & malè moratis hoc alimentationis beneficium à parentibus exhibendum eſt: nec enim protinùs ob quamlibet offenſam & ingratitudinem erga eoſdem alimenta, omne vitæ ſubſidium, ſubtrahi oportet, dummodò tanta non ſit, ut etiam exhæredationem mereatur, per *d. l.5. §.11. h. t. ibiq;* Gl. Gotofr. *lit. H.* & Dd. comm. atque hoc fortiter eô probatur, quod neque filius parenti malè de ipſo merito doloſo & improbo alimenta denegare, ſed nihilominus eum reverenter habere, & ſuſtentare debeat. *l.50. ad Trebell. Auth. inceſtas C. de inceſt. nupt. Nov.12. c.2.* Jung. *th. 14.* E multo magis pater filium talem alere tenebitur, cum potentior & fortior ſit obligatio, quæ patrem aſtringit onere alendi filium, quàm quæ filium jubet alere patrem. *arg. l.7. in f. ff. ſi tabb. teſt. null. extab. l.15. pr. de inoff. teſt.* vid. *infra th.13. in f.*

Etiam ille, qui partem ſibi alim. nomine aſſignatam luxur. prodegit.

X. Præ-

X.

Alendus filius quoque uxoratus, ejusque uxor & familia

Præterea quoque pater non minùs obligatus eſt ad alendum uxorem & liberos filij ſui quàm ipſum filium uxoratum, *l. 20. §. 2. ff. famil. erciſc. arg d. l. 5. §. 2. & 12. l. pen. ff. h. t. ibi*: *Gl. l. 6. ff. de collat. l. 2. in f. C. de bon. quæ lib.* quòd quidem indubitatum eſt, quando pater à nuru ſuâ dotem qualemcunque acceperit, juxta *d. l. 20.* junctâ *l. 20. C. d. 1. dot. arg. l. 28. de Relig. l. 19. eod.* Natta *conſ. 278.* Idem tamen procedere, licet dotem pater non receperit, ſi nec ex dotis fructibus, nec aliunde tantum filio competat, unde ſe & ſuos exhibere valeat, ex Bart. & Baldo tradit. Cardin. Tuſchus *concl. 278. n. 3.* Alciat. *conſ. 70. in pr. lib. 15. arg. cit. ll.* imò ne quidem filio qui ſine patris conſenſu nuptias contraxit, nec ei, quam ſibi ita matrimonio junxit, denegari debent, Dec. *conſ. 231. n. 14. & ad l. 30. de R. I.* Covarruv. *de ſponſ. p. 2. c. 8. §. 6. verſ. 3.* Rittershuſ. *de diff. iur. civ. & can. l. 1. c. 4. n. 2.* quod quidem quoad filium nemo ferè negat, ſed in uxore ita inductâ non incelebres ICti contrarium ſentiunt, quibus acutè reſponſum eſſe à Croto teſtatur Coler. *d. c. 2. n. 32.* Quod de filio diximus in filia quoque, modò ne indigno nupſerit, obtinet, ſi nec maritus, nec hujus Socer, nec ipſa aliunde alimenta ſibi procurare valeat. *l. pen. h. t.* Pont. *c. 5. inf.* Quando verò hæc intra 25. ætatis annum luxurioſam vitam elegerit, in propriumq; corpus peccaverit, aut ſe viro prorſus indigno ſine parentũ conſenſu copulârit, tàm alimenta quàm hæreditatem paternam amittit. *Nov. 115. c. 3. §. 11.* Iunctâ *d. l. 5. §. 11. ff. h. t. ibiq.* Dd. ſecus verò erit, ſi eam, dum nubilis eſſet, elocare, & dotare parentes neglexerint. *d. Nov. 115.* Gail. *2. obſ. 95. n. 17.* Carpz. *1. For. p. 2. c. 42. d. 12. inf.* Sic quoque, ſi filia impudica reſipiſcat & ad honeſtatem redeat, ei neceſſaria vitæ ſubſidia retribuenda eſſe, communis Dd. ſent. eſt, quos vide apud Coler. *d. l. n. 91. & ſeqq.* Et huc facit *l. 11. ff. de in ius voc. l. 11. in f. ff. de interrog. l. 18. ff. de Idict. l. 14. §. 1. de eo quod met. cauſ. l. 4. §. 10. de uſuc. l. 19. pr. ff. de falſis l. 4. §. 6. C. de heret. l. 28. C. de appel. Nov. 18. c. 8. verſ. ſiquidem c. 5. de R. I. in 6.* in quibus & multis alijs caſibus pœnitenti venia datur. add. Gotofr. *ad l. 65. ff. de furt.*

Except.

XI. Porrò

Porrò nec tantùm eorum liberorum, qui patre vivo jam tum in rebus humanis ſunt, ſed etiam *ventris* h. e. ejus, qui patre moriente matris viſceribus adhuc adhæreſcit, cura habenda eſt: Et quidem quamdiu in utero adhuc latet, matri prægnanti curator adjungitur, qui ei ex parentis defuncti bonis pro hujus & uxoris dignitate alimenta & omnia ad fœtum ſuſtinendum & ad partum producendum neceſſaria præſtet. *t. t. ff. de ventr. inſpic. & t. de ventre in poſſ. mitt.* Nec ad rem pertinet, an dotem mulier habeat, vel non, quia, *quæ ita præſtantur, ipſi qui in utero eſt ſubminiſtrari videntur, arg. l. 1. §. 2. d. t.* qui poſtquam in lucem prodijt, matri quidem ampliùs talis ſuſtentatio non debetur, ipſe autem non minùs quam cæteri liberi competenter exhibendus & educandus eſt: quod in tantum procedit, ut is quoque pro legitimo agnoſcendus & alendus ſit, qui in fine 10. aut in principio 11. menſis à morte mariti editus eſt, à patre enim defuncto is conceptus firmiter præſumitur. per *l. 29. pr. de lib. & poſth. Nov. 39. c. 2. ib.* Gotofr. confer Hotoman. *tr. ſing. de undecimeſtri partu* & Excellentiſſ. Dn Præſes *obſerv. ad VVeſenb. par. in t. de ſtat. hom. p. 104.* Cæterùm quando de liberis alendis agitur non rarò quæſtio natalium immiſceri ſolet, quæ cum præjudicialis ſit, imprimis venit decidenda. Quid enim ſi quis partum ſuum eſſe perneget, atque propterea eum agnoſcere & alere renuat? tunc ſummariè ut judices ſuper ea re cognoſcant, neceſſe eſt. *text. in l. 5. §. 8. l. f. C. h. t. c. 2. X. qui fil. ſint. leg. ibiq;* Gl. neque id contra juris formam fit, quæ præjudicium pleno judicio dijudicari exigit; cum non principaliter de ſtatu, ſed de alimentis hic pronuncietur. Donell: Enucl. *l. 12. c. 4. lit. O.* Et modo ambigua cauſa, h. e. ſi vel modicum pro partu faciat, alimenta proviſionaliter ſtatim adjudicantur. *l. ſi neget 7. h. t. l. 3. §. 4. & ſeqq. de Carbon. ed. l. 1. §. 14. inf. de ventr. in poſſ. mitt. arg. l. 27. ff. de inoff. teſt. c. ex parte X de accuſ.* add. Baro Enenkelius *d. priv. c. 3. n. 19.* nec inde ullum veritati præjudicium naſcitur, *l. pen. qui ſui vel ali. iur. d. l. 5. §. 9. & 18.* quod verò ſi manifeſta calumnia videatur, nec filius in quaſi poſſeſſione filiationis ſit, ad eundem agnoſcendum & alendum compelli

Venter quoq; & poſthumus alendus

Quid juris ſi quis negetur filius eſſe?

nemo poteſt, per *d. §. 8. & 11. l. 5. h. & l. f. C. de ord. cognit.* Schotan. *in exam iur. ad h. t. q. 1.* Ampliſſ. Dn. Præſes *in obſerv. ad VVeſenb. par. n. 4. h. t.* Fortiſſima autem præſumptio favore liberorum & matrimonij eſt pro eo, quem filium eſſe nuptiæ demonſtrant *l. 5. ff. de in ius voc. l. 6. de his qui ſui vel. al. iur.* h. eſt, qui convivente marito, eoque & vicinis conſcijs natus eſt, *l. 9. C. de nupt.* quemve pro filio ſuo publicè quis recognovit, aut aliquandiu tractavit *c. 10. X. de probat.* vel etiam quem pro tali fama communis æſtimat, maximè ſi vultus ſimilitudo concurrat, *arg. c. 8. 11. pen. X. qui fil. ſint legit. l. 52. §. 1. de R. N.* Gail. *2. obſ. 97. n. 6.* add. Ariſt. *4. de gener. an. 3.* Atq; talem pro ſuo agnoſcere pater meritò cogendus eſt, niſi evidentiſſimis rationib⁹ probare poſſit, ex ſe procreatū non eſſe, *ut ſi conſtet, maritum aliquandiu cum uxore non concubuiſſe infirmitate interveniente, vel aliâ cauſa, vel ſi ea valetudine aut ætate paterfamilias fuit, ut generare non poſſit. d. l. 6. de his qui ſui.* VVeſenb. *ad h. t. n. 4. & ibid.* Cl. Dn. Præſes Non verò ad hoc ſufficiens ſemper eſt, ut ſc. pro ſuo agnoſcere & alere non teneatur, ſi quando mater adulterij condemnata, aut de eo confeſſa ſit, *expr. text. in l. 11. §. 8. & 9. ff. ad l. iul. de adult.* etiamſi mater ſe non ex marito ſed adultero concepiſſe aſſeveret. *per d. c. 10. X. de probat.* Pontan. *d. tr. c. 3. n. 7. & ſeqq.* Si non aliunde quoque conſtet, quod non maritus, ſed adulter ejus genitor ſit, quæ quidem probatio ſatis difficilis eſt. *arg. l. 83. de cond. & dem. ibiq.* Dd. Chriſtin. *deciſ. Belg. vol. 4. tit. 2. dec. 133. n. 13.* cum præterea diſpar genitorum ratio ſit: maxima autem difficultas eſt de ijs, qui ex illicito vago & clandeſtino concubitu procreantur: ſolet autem in dubio, quando de concubitu legitimè conſtat, pro partu alendo judicari. add. Tulden. *ad C. h. t. n. 9.* ubi hoc ex Surdo, Covarruv. Kinſchot Portio doctè declarat. E contrario autem ad filiationem, ejuſque quaſi poſſeſſionem oſtendendam indirecta ſufficit probatio, nec hæc res accuratiùs probari poteſt, quippe *cum nemo mortalium unquam extiterit, qui certò ſciret, quo patre ſatus eſſet, l. 5. de in ius voc.* ut loquitur Rittersh. *tr. de differ. iur civ. & can. lib. 1. c. 1. pr.* meris itaque conjecturis hic fides habenda, & hoc negotium peragendum eſt, quarum præcipuas videre licet apud Pontan. *d. c. de probatione filiationis, 3.* add. Gail. *d. l.*

Probatio filiationis

XII. Pa-

Patre verò deficiente, quando vel in vivis eſſe deſierit, vel ob paupertatem, aliamve aliquam cauſam liberis de alimentis proſpicere nequit, tunc quidem non ſtatim alimentandi onus ad *matrem* devolvitur, ſed prius *Avus* & reliqui *aſcenden. & pa-terni* excutiendi ſunt *arg. l. 50. de fideicomm. l. 13. de duob. reis conſt. iunct â* *l. 14. C. de iur. dot.* quibus demùm omnibus deficientibus ad matrem ſuperſtitem & idoneam exiſtentem, atque gradatim ad maternæ ſtirpis parentes hoc onus tranſit, ut recte animadverterunt H. Hartman. *t. 38. obſerv. 1.* Surd. *t. 1. q. 103. n. 1. & ſeqq.* Pontan. *c. 8. n. 4.* quos noviſſimè ſequitur Tulden. *in C. ad h. t. n. 6.* quo faciunt textus in *d. l. 5. §. 2. & 4. h. Auth. Si pater C. divort. fact. apud quem lib. Nov. 117. c. 7.* In ſubſidium itaque & ſucceſſivè etiam mater alere liberos ſuos tenetur, non quidem pro familiæ & mariti dignitate, ſed tantùm, quoad nutrimentorum ſufficientiam; imò nec ut ea gratis ſubminiſtret, quemadmodum pater, cogi poteſt, ſed ipſi licitum eſt, â marito vel etiam ipſo filio ad meliorem fortunam reverſis ſumptus ea de cauſa factos repetere, de quo *pl. infra, ubi de repetitione alimen.* agitur. Divortium hic à Gl. & communi Dd. ſententia facere non dubito, quando *ex l. 9. C. de p. pot.* unanimiter ferè concludunt, quod regulariter mater partû per triennium alere teneatur, nec quod interea patrem hæc obligatio reſpiciat. *ad d. l. 9.* Baut. Bald. & alij Palæott. *d. tr. c. 48. n. 1.* Tulden. *d. l.* VVeſ. *h. t. n. 4.* Gudel. *de I. Noviſſ. lib. 1. c. 14. verſ. & quidem.* Quod quidem ad lactis nutrimenta rectiùs nonnulli reſtringunt, Coler. *lib. 1. c. 6. n. 4. & ſeqq. pl.* Sed nec ſic quidem ijs adſtipulari poſſum cùm 1. ſæpius contingat, quòd mater proprijs uberibus infantem ſuum vel prorſus non, vel minùs commodè lactare valeat, quando ſc. mater tam inops eſt, ut lactando infanti vacare non poſſit, ſuisq; manibus laborare & victum parare cogatur. Hartman. Piſtor. *obſerv. 17. n. 7. vid. pl. cit.* Hunnio *in ſua Encyclop. iur. tit. 10. c. 5. n. 31. & ſeqq.* vel quando lac nullum vel noxium morbovè corruptum habeat, quibus caſibus ſanè nutrix adhibenda, & certo pretio conducenda erit, non equidem matris ſed patris ſumptibus, per *text. general. in l. 4. l. 5. §. 1.*

Poſt patrem, avum proavum paternum tenetur ad alendum quoque mater.

Mater patre divite vivente non alit infantem triennio minorem.

 2. 7. 10.

a.7. 10. h. l. ſ. C. *eod.* P. Chriſtinæus *deciſ. Belg. 143. n. 6. t. 25. vol. ſ.* 2. Noſtram ſententiam juvat, quod tàm olim apud Romanos, quàm hodie apud nos infantes ut plurimùm citiùs ablectentur. Vid Bachov. ad VVeſenb. *h. t. n. 4. verbo triennio. & ibid.* Excell. Dn. Præſes. 3. Huc facit, quod etiam ipſa mater regulariter à marito ſuo ali debeat, *l. 22. §. 8. ſol. matr. l. 60. §. 3. Mandat.* Iuncto *cap. 42. de Reg. iuris.* add. *inf. th. 17.* Carpzov. *1. For. p. 4. c. 27. def. 5.* Tuſchus *concluſ. 287. n. 75. & ſeqq.* & Baro Enenckelius *d. cap. 4. n. 14. ubi in fin.* dicit, quod plerique prudentes idem nobiſcum notent: nec videtur adeò à nobis diſſentire Colerus, dum *n. 4. & 5. d. c.* contra Odofredum, ab omni alimentorum ſumptu intra iſtud tempus patrem liberatum eſſe ſtatuentem, latè diſputat, à priori tamen opinione prorſus ſe amoveri non patitur, videns à celeberrimis Saxon. ICtis ita communiter pronunciari *in fin. d. n. 5. ubi* plur. cit. *præſertim verò cogitur mater alere liberos vulgo quæſitos d. l. 5. §. 4.* quorum pater prorſus eſt incertus *§. pen. I. de Nupt.* Nec illa minus ad extra matrimonium ex ſe natorum etiam inceſtuoſorum ſuſtentationem obſtricta eſt, quando ſcil. Pater eorum adeò inops eſt, ut nullo modo ab ipſo alimenta ſufficientia ijs procurari poſſint. per *c. cum haberet in f. X. de eo qui dux. in matr.* Carpzov. *d. tr. p. 4. c. 27. def. 11.* ubi id præjudicio firmat. Matris quoque officium non immeritò ſupplere coguntur hujus pater, alijque aſcendentes materni *d. l. 5. §. 5. h.* nam ſicut patris appellatione venit quoque avus paternus; ita & matris appellatione avus maternus. *arg. l. 3. §. 4. de grad. & affin. l. 201. l. 220. pr. d. V. S.* Bald. *in l. 34. ff. de neg. geſt. n 2.* quem ſequitur Carpzov. *d. l. def. 21. in fin.* Itaque & hi, ſed non niſi in ſubſidium ad alimenta ſuis nepotibus præbenda tenentur, deficientibus ſcil. & parentibus paternis, ipſaque filiâ matre, per text. notabilem *l. pen. ff. h. t.* add. Grot. *tr. de i. p. & b. c. 7. n. 6. & n 4. in f.* imò non modò nepotes legitimè ex filijs nati, ſed etiam ex ijſdem ſpurij ab utriſque Aſcendentibus ita in ſubſidium ſuſtentandi ſunt. per *l. f. C. de nat. lib. l. 19. pr. de I. patron.* Surdus *de alim. q. 12. n. 8. t. 1.*

Poſt matrem tenentur materni aſcendentes.

XII.

Quomodo viceverſâ liberi parentes ſuos alere debeant, nunc

nunc agendum inſtat: Ratio etenim pietatis exigit, ut his, à quibus geniti & educati ſumus, quoties noſtro auxilio indiguerint, grato & lubenti animo viciſſim ſubveniantus, eorumque inopiam, ſeniùm, miſeriam modis quibuſcunque poſſumus, ſublevemus, atque huc maximè pertinet, quod habetur *in l. 25. §. 11. ff. de pet. hær.* quemvis ſcil. naturaliter ad remunerandum benefactori ſuo eſſe obligatum. Quippe cum beneficia, quæ ab iis in nos profecta ſunt ſine controverſia omnium maxima, & quidem tanta ſint, ut nemo mortalium ea ſufficienter remunerare valeat. Syracid. *cap. 7. verſ. 29. & 30.* quod probatur authoritate Ariſtot. quando *9. Ethic. c. 2.* præclarè inquit, *Filios parentibus maximè res ad vitam neceſſarias ſuppeditare debere tanquam debitores; & pulchrius eſſe, iis per quos ſumus, quam nobiſmet ipſis hac in parte opitulari.* Et hanc alendi parentes pietatem etiam ſacra pagina ſub gravi comminatione toties nobis injungit. *Exodi. 20. verſ. 12. 1. ad Timoth. 5. verſ. 4. Marci 7. verſ. 10. & ſeqq. Unde Dei traditionem eſſe, ut paſcas parentes.* B. Ambroſ. *in c. cæterum Diſt. 86. & nexu divino iura patris naturalis copulata eſſe*, ait Imperaror, *in l. pen. verſ. cùm enim tanta C. de Adopt.* Hinc Rex Hebræus eum pro homicida habet, qui parentibus neceſſaria ſubtrahit *proverb. 28. verſ. 24.* Ius naturæ quod attinet, teſtatur Cicero *de Aruſp. Naturam nos primum parentibus conciliare, quos non alere nefarium ſit. Et parentes à filiis naturali ratione ali debere, in l. 5. §. 16. iunctâ Auth. ſi pater C. divort. fact. Naturam ipſam hoc imperaſſe. l. f. §. 5. C. de bon. quæ lib. & iniquiſſimum eſſe patrem egere, cum filius ſit in facultatibus, l. 5. §. 13. b.* eleg. dicitur. Quod quidem veriſſimum; attamen hæc alendi parentes obligatio de jure naturæ non tanta nec æquè ordinaria cenſenda eſt, ac ea, quâ hi liberis ſuis proſpicere tenentur: rationes addit Grotius has ſcil. quod liberi, cum naſcuntur, nihil ſecum afferant, unde vivant, & quod vivendum diutiùs, & ſic pluribus etiam opus habeant &c. *v. d. tr. d. l. pac. & bel. lib. 2. c. 7. n. 5.* Quo ſpectat ICtus *in l. 7. inf. ff. ſi tabb. teſt. extab. Ubi* dicit, *Non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas; parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit, liberos naturæ ſimul & parentum commune votum.* idem fere habetur *in l. 7. de bon. damnat. l. 50. §. 2. de bon. libert.*

Vice versâ liberi parentes alere debent.

libert. l. 11. ff. de lib. & poſt. l. 26. ſi quis omiſſ. cauſſa teſtam l. 15. ff. de inoff. teſt. §. 2. l. d. hær. qual. & diff. Huc etiam facit, quod D. Paulus *2. ad Corynth. 12. verſ. 14.* & poſt eum *c. prædicator 16. q. 1.* dicit, *Filios non debere theſaurizare parentibus, ſed hos illis.* Quamvis enim natura etiam parentes amare jubeat, longè tamen majorem neceſſitudinis conjunctionem erga illos, qui à nobis geniti ſunt, indidit. ut ex Ariſtot. *5. Ethicorum 14.* docet Ampliſſimus Dn. Præſes *in obſerv. ad par. VVeſenb. ad tit. ſ. tabb. teſt. null. extab. n. 5. & 1. ſeq. unde legitimi n. 3.* ex Luciano & alijs Grotius *d. l.* his add. Gotofr. *in not. ad cit. l. 5. § 1. lit. L.* Donell. Enucl. *ſupra cit. l. lit. O.* latiùs hæc pertractant Georg. Acac. Enenkel. *in d. eleg. tr. de privileg. par. & liber. privil. 7. c. 1. n. 3.* & Coler. *lib. 1. c. 5. à pr. uſq; ad n. 11*

XIV.

Tam de jure Naturæ quam civili & Gent.

Præterea in jure noſtro civili & Canonico eadem alendi parentes ad inopiam redactos neceſſitas repetitur, & liberis injungitur, ut patet *ex tot. tit. C. de alendis lib. & parent. l. 5. & ſeqq. ff. de alend. liberis l. 73. §. 1. ff. de l. dot. l. 50. ad Trebell. l. 5. C. de p. p. d. l. 5. §. 5. C. de bon. quæ lib. Auth. ſi pater C. divort. fact. ap. q. c. Moyſes 32. q. 2. c. naſci diſt. 55. c. mulier. cap. cæterum diſt. 86.* Quod adeò de jur. civ. verum eſt, ut etiam patri olim ob extremæ famis neceſſitatem ter filium vendere licuerit *l. 2. C. de p. pot.* etiam nunc propriâ authoritate alimenta ex rebus filij capere, bonaque ob hanc cauſam alienare ſit conceſſum *d. l. 5. §. 5. C. de bon. quæ lib.* Atque hoc inopes parentes alendi onus incumbit liberis utriuſque ſexus indiſtinctè, per *l. 5. C. de p. p. & text. ſupra cit.* exploſâ Ægyptiorum veterum veſana conſuetudine, quâ filijs parentes alendi nulla, filiabus ſumma neceſſitas impoſita erat. ex Herodoti *lib. 2.* Donell. *Enucl. d. l. lit. N.* etiam nepotibus & cæteris deſcendentibus, per *cit. ll.* Nec minùs tenentur ad hoc patria poteſtate ſoluti *l. 5. §. 1. h. Nov. 12. c. 2.* Impuberes *d. l. 5. §. ſi impubes 13. ibiq; Gl.* Pupilli *l. 1. §. 4. de tut. & rat.* Adoptivi, ex ratione ſcil. correlatorum B. Enenkel. *d. pr. 7. c. 6. n. 11.* ſic etiam naturales & ſpurij, legitimis liberis & alijs medijs deficientibus idem ſuis parentibus præſtare debent *Auth. licet C. de nat. lib. arg. l. 4. inf. l. 6. ff. de in jus voc.* Gudel. *de iur Noviſ. d. l.* Aſcan. Clement,

Nomine liberorum h. omnes deſcendentes indiſtinctè

Etiam Adoptivi

Spurij,

Clement. *de p. p. c. 5. n. 38.* imò quoque filius ex inceſtu, aliovè damnato concubitu procreatus tam de jure civ. quàm can. parentibus ſuis inceſtuoſis vitæ neceſſaria ſubminiſtrare tenetur. *arg. l. 73. §. 1. d. l. dot. Nov. 12. c. 2.* Non obſt. *Auth. ex complexu. C. de nat. lib.* Nam quòd pater talem filium illo jure alere prohibetur, in ejus pœnam conſtitutum eſt, *cui durum egenti filio non ſubvenire Nov. 74. c. 6.* quæ ceſſat in filio, qui nihil tale commiſit. Zoeſ. *in comm. ad ff. ad h. t. n. 3.* Excellentiſſ. Dn. Præſes *in obſerv. VVeſenb. ad h. t. inf. n. 4.* Et hoc parentes alendi onus etiam ad extraneos filiorum hæredes nonnunquam devolvitur, quando ſcil. illi ad ſummam egeſtatem ſunt redacti *d. l. 5. §. 17.* quod Bartol. *ibid. & ad l. 8. h.* ita explicat, ſi neminem alium habeant, à quo alimenta petere poſſint. Per parentes autem hic omnes ſuperiores tâm materni quàm paterni intelliguntur *d. l. 5. §. 2. Auth. ſi pater in f. C. de vert. fact. p. 9.* qui ſimul omnes nomine parentum veniunt *l. 51. de V. S. 10. §. 9. de in ius voc. l. 4. & ſeq. C. de p. pot.* Notandum quoque eſt, quod liberis hæc alendi parentes neceſſitas incumbat, qualeſcunque hi demùm ſive probi ſ. improbi ſint, etiamſi infideles. Gl. *in c. 1. Diſt. 46. & c. 1. Diſt. 30.* B. Enenkel. *d. c. 6. n. 17. ubi* l. cit. Hæretici. Excommunicati *c. 31. X. de ſent. excomm. c. quoniam multos 11. q. 2.* Barbat. *conſil. 63. in f. vol. 2.* Surdus *t. 1. q. 19. per tot.* Proſcripti aut Banniti fuerint *l. 73. §. 1. ff. de I. ot.* Bart. *de alim. n. 26. & ſeq. & ad d. l. 5. §. 2.* Gotofr. *ad pr. d. l. 5. t. G. ut ut n. ſit impius, legumq; contemptor, tamen pater eſt. d. Nov. 12. 2. ibiq;* Gotofr. *ſemperq; filiis perſona patris honeſta & ſancta videri ebet l. 9. de obſeq. par. præſt. l. 2. C. qui & ad verſus quos.* Nec relevat eos ab hoc onere, quod pater ſua culpâ & prodigalitate d egeſtatē redactus ſit, quamvis etiam ſimul cùm ſuis liberorum bona diſſipare cœpiſſet. *l. 50. ad Trebell. ibiq;* Gl. Coler. *d. c. 5. n. 14.*

Nomine Parentum omnes Aſcend. tàm materni quàm paterni veniunt.

Qui licet ſint improbi.

Excommunicati.

Prodigi

Nihilominùs alendi.

XV.

Poſt Aſcendentes & deſcendentes onus ſe invicem alendi proximè devolvitur ad fratres. Hos etenim, ut fratri aut ſorori, nec à patre nec aliunde, quantum ad ſuam ſuorumque vitam ſuſtentandam neceſſarium eſt, habenti pro facultatibus ſuis ſuccurrant, ſanguinis proximitas, & ſimul legum authoritas

Poſt Aſcend. & deſcend. alendi onus devolvitur ad fratrem, ſororem.

tas obligat. Et hoc pietatis officium non tantum ex utroque, ſed etiam uno latere junctis. per *text. general in l. 14. ff. ubi pupill. educ. l. 73. §. un. de iur. dot. l. 20. ff. ſol. matr. l. 12. §. 3. ibiq;* Gotofr. *lit. p. & l. 13. in f. ff. adm. tut. l. 1. §. 2. de tut. & rat. l. 17. ff. ad SCt. Maced* junctâ *l. 10. de grad. & aff.* Surdus *t. 1. q. 15. n. 17.* Menoch. *l. 4. præſumpt. 189. n. 41.* Non tantùm legitimis, ſed etiam ſpurijs exhibendum eſt, *text. in Nov. 89. c. 12.* §. *fin.* Hartm. Hart. *t. 36. obſ. 2.* Teſſaur. *deciſ. 211. n. 2. & aliq. ſeqq.* atque hæc fratrum obligatio durat, quamvis frater inops de patre communi malè meritus, & fortè ob id à patre exhæredatus fuerit; nec magis eos liberat, quòd pater prohibuiſſet, ne fratri ingrato quicquam ſubminiſtrarent. Teſſ. *d. d. n. 3.* licet enim filius in patrem delictum exhæredatione dignum committat, eique ob id alimenta à patre denegentur, tamen frater adhuc tenetur ex ſua perſona. Coler. *lib. 1. c. 9. n. 9.* & cum res iſta ex æquitate & charitate ſanguinis deſcendat, ad fratrem potiùs ſanguine propinquiorem, quàm hæredes patris extraneos hoc onus pertinet *d. l. 5. §. 17. h.* Enenkel. *d. c. 6. n. 33.* Quòd eò extenditur, ut etiam Clericus fratres ſuos & ſorores inopes ex fructibus & reditibus eccleſiaſticis, ſi quando aliunde non habet, alere poſſit, & debeat, per *c. 1. X. de cohabit. cleric. c. per omnia. ubi* Gl. *Diſt. 31.* junctâ *c. 1. X. de empt. & vend.* Pontan. *c. 10. n. 4.* Surd. *tit. 1. q. 25. n. 11 & ſeqq.* Garz. *de Expenſ. c. 3. n. 36.* Sed an hæc alendi ſe invicem neceſſitas ulteriùs quoque ad fratrum ſcil. liberos & alios remotiores cognatos extendenda ſit, hìc jure merito diſquiritur: affirmantium partes ſequuntur Mantica. Pontan. Socin. Caſtrenſ. ut etiam Surdus *tit. 1. q. 20.* Colerus *d. c. 9. n. 27. & ſeq.* ubi hanc ſent. aliq. argumentis tueri conatur; verùm ego Negativam ut veriorem & receptiorem amplectòr, quia (1) ut fratrum filij & ulteriores cóllaterales alantur, nullâ lege (nec canone *arg. c. 12. in f. X. de iureiur.*) deciſum reperitur, *ſine lege autem loqui erubeſcimus. Nov. 18. c. 5.* Præterea leges naturæ jàm in tranſverſum euntes debilitari, & degenerare multum à fratribus, ad fratrum filios ex Emanuel. Coſta monet Garz. *d. c. 3. n. 35. arg. 1. F. 5. 2. F. 24. §. 2. verſ. rurſus.* (2) Quod fratrum filijs (multò minùs remotioribus) nec inter ſe, nec

Licet pater eum exhæredaſſet. a. ali proh.

An autem Fratrum filij & ulter. cognati alendi?

Negatur.

contra

contra patrui ſui teſtamentum inoffic. querela ullo caſu competat, *l.21. C. de inoff. teſt.* atque ita nec legitima debeatur, & conſequenter nec alimenta; argumentum enim à legitima ad alimenta benè procedit, non etiam à ſucceſſione ab inteſtato. Surd. *t.9. q.10.n.8.* cùm hæc ad plures perveniat, quibus tamen ex bonis viventis nulla debentur alimenta. Tulden. *in C. h. t. n.7. ubi* diſſentientium rationes aliq. refutat.

XVI.

Lubens equidem concedo non tantùm fratrum filios, ſed etiam omnes cæteros collaterales ratione ſanguinis & honeſtatis externæ quodammodo obligatos eſſe, ſuorum cognatorum inopiam & miſeriam, quantum poſſint, ſublevare, ne ſcil, vel fame pereant, vel mendicare in totius familiæ ignominiam cogantur, *arg. l.9. ff. de ſuſpect. tut.* Vnde & Apoſtolus Paulus eum infideli deteriorem æſtimat, qui ſuis non proſpicit *2. ad Timoth.5. verſ.8.* Nec præterea diffiteor, quod eo ipſo, quô quis cognatum ſuum morbo vel fame oppreſſum negligit, ſe illius neglecti hæreditate & opibus, ſi quas fortunâ in melius mutatâ poſtea acquiſierit, & poſt mortem ſuam reliquerit, indignum reddat, *arg. Nov.115. c. 3. verſ.12. l.3. ff. quibus ut indignis l.6. pr. h.* Verùm enim verò ſponte hanc miſericordiam & liberalitatem non exercentes ad id officio judicis præcisè cogi poſſe, hoc eſt, quod nego, *arg. l. 6. C. de ſuſp. tutor. ubi* ita Imp. Gordian. *pietatis fungeris munere, qui fratris tui filios (ut neceſſitudo ſanguinis ſuadet) protegere conaris.* junctâ *l.2. §. 1. ff. qui pet. tut. ibi: ex his illa damnum patitur, hi autem & puniuntur.* hûc etiam facit, quod ICtus de dotatione ſororis uterinæ *in l. 12. §. 3. ff. de adm. tut.* dicit *in f. Nam etſi honeſtè, ex liberalitate tamen fit, quæ ſervanda arbitrio pupilli eſt.* Et nobiſcum Dd. communiter ſentire & in praxi ita quoque obſervari, Chriſtin. *cit. deciſ.143.n.3.* Garz. *d. l. n.33* (qui pro hac ſent. pl. ex veteribus citat) Ioh. à Sande *in deciſ. Friſ. lib.2. tit.8. def. 3. in f.* teſtantur. Certè ſi extet ſtatutum aut conſuetudo alicubi, quo filij ſ. agnati excluſis fœminis ſuccedant, eo caſu & dotem & alimenta his ab hæredibus præſtari, æquum & receptum eſt, quod etiam hodie in feudis procedit Hartm. Piſtor. *lib.2. q.37.* Multò magis quando jure primogenituræ

Cognatum deſerens privatur ejus hæredit.

ſenior

ſenior in omnia parentis bona ſolus ſuccedit, *arg. 2. F. 55. §. 1.* cœteris fratribus & ſororibus eorumque liberis ſufficientia alimenta pro dignitate ſua aſſignanda ſunt. vid. *Aur. bull.* Car. Vti *tit. 24. verſ.* vnd wan jhm in ſolchen *arg. 1. F. 6. in f.* Roſenthall *in tr. feud. lib. 9. c. 55. n. 11.* v. pl. apud Fabrum *de al. c. 2. pag. 30. & 31.*

XVII.

Poſt eos, qui ratione ſanguinis ſibi invicem ad alimenta ſunt obligati, proximè *de coniugum alimentis* ſubjungendum videtur: Maritus enim ob arctiſſimum Conjugalem neceſſitudinem, ſuaviſſimoſque uſus & obſequia, quæ ipſi à vita ſocia *l. 4. C. de crim. expil. hær.* exhibentur *l. Aſſiduis §. 1. C. qui pot. in pig.* ad honeſtè ſuſtentandam & defendendam uxorem ſuam de jure gent. & civ. obſtrictus eſt, *l. 22. §. 8. ff. ſol. matr l. 20. §. 2. ff. Famil. erciſc. l. pen. ff. ut in poſſ. leg. l. 21. ff. de donat. int. vir.* jung. Ariſt. *8. Ethic. 11. 1. Polit. 8. Hæc enim una cum ipſo caro eſt c. cum vir. & uxor. 35. q. 2. quam nemo non fovet & nutrit, ad Epheſ. 5. verſ. 29. & quid tam humanum eſt, quàm ut fortuitis caſibus mulieris maritum vel uxorem viri participem eſſe l. 22. §. 7. ff. ſol. matr. iunct. l. 1. de R. N. l. 1. ff. de act. rer. amot. l. 52. de re iudic. arg. 2. F. 7. in ſ. pr. & inopiam coniugis per divitias ſalvari alterius Nov. 53. c. 6. in f.* Atque hoc prorſus indubium eſt de uxore dotata, cùm pro oneribus matrimonij maritus dotis fructus lucretur *l. 7. pr. l. 76. de I. dot. l. 20. l. 29. C. eod. l. 21. §. un. ff. de don. int. vir.* quod nihilominùs procedit, quamvis dotis fructus ad varia matrimonij onera ſupportanda, ut frequenter accidit *c. 16. X. de uſur* non ſufficiant, nec tunc, cum ab initio eâ contentus fuerit, ſupplementum petere poteſt *arg. l. 28. ff. de relig.* Bart. *ad l. 22. §. 7.* Alex. *in §. 8. ſol. matr.* Limitatur autem idipſum communiter à Dd. ut maritus, quando uxor gravi & diuturno morbo aut furore laboret, atque ob id debita ſervitia ab ea marito non præſtentur, in eam majores impenſas, quàm dotis uſuræ & reditus permittunt, facere invitus non cogatur, *expr. text. in d. l. 22. §. 8. ibi ſecundum dotis quantitatem, ubi* Gl. & *Dd. commun.* modò tamen eos ſumptus, qui dotis quantitatem excedunt, vel ipſa uxor ex paraphernalibus ſuis bonis ſupplere valeat, vel parentem aut fratres ſuperſtites habeat, à quibus

Maritus alit uxorem

Quamvis dotis fructus ad id non ſufficiant.

Limit.

iſtas

ſtas impenſas conſequi poſſit. Garz. *de expenſ. d. c.3. n.44.* Surd. *tit.1. q.33.* Quid autem ſi uxor prorſus indotata ad eum venerit? communiter Dd. concludunt, quod ſi uxor ipſiuſvè parentes aut fratres ſatis locupletes ſint, nec tamen marito pro dignitate ſua & facultatibus debentium dos conſtituatur, aut promiſſa ſolvatur, ad uxori alimenta ſuppeditanda virum non teneri, per *l. 28. ff. de relig. & ſumpt. l. 20 pr. ff. de in rem verſ. c. 7. in fin. X. de don. int. vir. & uxor. l. pen. ff. d. l. dot. l. f. C. de dot. promiſſ. junctâ Nov. 53. in f.* illic enim annexum eſt alimentandi onus, ubi dos ipſa hæret. *l. 15. §. 1. l. 75. in f. ff. de iur. dot. l. 20. §. 2. ff. Fam. erciſc* Gloſſ. *in c. f. verbo onera. Nov. 2.* Iaſon. Baldus Vital. Covarruv. alleg. Fabro *de alim. c. 2. pag. 38.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 64. n. 6.* Andr. Kohl *de ſucceſ. coniug. p. 1. n. 15.* latè Colerus *d. lib. 1. c. 10. n. 15. & aliq. ſeqq. it. n. 53.* quod in tantum quibuſdam probatur, ut marito, cui dos promiſſa non ſolvitur, uxorem domo ſuâ expellendi licentiam tribuant, per *l. f. C. ad Vellei. d. c. 7. X. de don. int. vir. & uxor.* Gail. *2. obſerv. 87. n. 2.* Col. *d. l. ubi* ol. cit. Verùm ab hac ſent. ut nimis rigeroſa alij rectiùs recedunt. *arg. Nov. 22. c. 18. verſ. ſi quis enim duxerit.* Beuſt. *p. 2. de matr. c. 66. & p. 3. de dot. c. 12. verſ. cæterum ap.* VVeſenb. *ad tit. d. l. dot. n. 6. ibiq;* Cl. Dn. Præſes *verbis. amplius volunt.*

Vxor divēs indot non alenda.

XIIX.

Quod verò ſi maritus (ut videtur æquius & probabilius) talem indotatam nihilominùs alat, uxorem ipſiuſve parentem aut fratrem, ut pro viribus ſuarum facultatum ei dotem ſolvant, per judicem adigere poteſt, per *l. 19. de r. nupt. l. ult. C. de dot promiſſ.* Surd. *t. 2. q. 32. n. 15. & ſeq.* add. Gail. *2. obſerv. 95. n. 1. & ſeqq. nullo enim modo maritus dote fraudandus eſt, quod fieret, ſi indotatam im habere cogeretur. l. 9. §. un. de cond. cauſ. dat. non ſec. l. 4. §. 21. de dol. except.* Excuſantur autem ad dotem dandam obligati, ſi dederint, quod poterint, cùm ampliùs non teneantur, *arg. l. 60. & ſeq. de l. dot. l. 17. pr. ſol. mat.* Socin. *reg. 315. fallent. 1. & 2.* Si verò uxor nullas facultates poſſideat, nec habeat, à quibus dotem exigere queat, nihilominùs marito incumbit, ut omnia quæ uxoris indigentia exigit, ipſi ſubminiſtret; hoc enim caſu ſuam perſonam pro dote dediſſe vide-

Talis poteſt per judic. compelli, ut dotem det.

Pauper indot nihilomin alenda.

tur. vid. Surd. *d. q. 32. n. 11. nec dotibus ſed affectu contrahuntur matrimonia. l. pen. C. de repud. l. f. C. de don. ante nupt.* huc facit *l. 13. C. de neg. geſt.* nec tàm dotis receptæ conſideratione, quàm ob fidem & amorem conjugalem alimentanda *vita perpetua ſocia, Nov. 22. c. 18. verſ. ſi quis enim.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 12. n. 23.* Cothman *vol. 3. conſult. Reſp. 21. n. 145.* & ſibi, quòd indotatam duxerit, imputare debet, quod jam antè ſcivit, aut ſcire debuit. *l. 5. de reb. cred. l. 19. de R. I.* Gail. *d. l. n. 8.* Prædicta autem aſſertio de alimentanda uxore tàm dotata quàm indotata non aliter obtinet, niſi uxor in obſequio & domo mariti maneat, per *l. 48. de op. lib. c. eſt ordo c. hac imago 33. q. 5. l. 12. C. qui pot. in pig. junctâ l. 18. §. 2. ff. commod.* Surd. *per Gl. tit. 1. q. 42. n. 81. & ſeqq.* idem tamen procedit, ſi citra ſuam culpam & juſta de cauſa abſit à domo mariti, ſi ob hujus ſævitiam fortè aufugiat, aut ob malitioſam illius deſertionem ei obſequia conjugalia exhibere nequeat; quibus in caſibus non ſecus ac ſi in ſervitio viri eſſet, uxori competentia alimenta præſtanda ſunt. *arg. l. 50. de contrahend. empt. l. 39. l. 121. ff. de R. I. l. 13. in f. d. al. leg. ibi. ob graviorem ſævitiam l. 25. §. 2. ff. ſol. matr. c. 25. d. R. I. in 6.* add. Rittersh. *de diff. iur. civ. & can. lib. 2. c. 12. iure enim civili receptum eſt, quoties per eum cuius intereſt, conditionem impleri, fit, quô minùs impleatur, ut proinde habeatur, ac ſi conditio impleta fuiſſet l. 24. de condit. & dem. l. 85. in f. d. V. O.* Surdus *d. q. n. 17. & ſeqq. & q. 33. n. 12.* Bart. *d. al. n. 28.* Schneiderv. *in tit. de nupt. p. 4. n. 18.* Latè de his Menoch. *de arbitr. c. 138. n. 5. & in conſil. 299.* Rol. à Valle *conſ. 27. v. 3.* Schurf. *conſ. 42. cent. 1. ubi* plures juſtas aufugiendi cauſas, & ſævitiam probandi modos recenſent, add. Coler. *d. c. 10. à n. 17. uſq. ad 37.* vid. infra *ubi de amiſſ. aliment. agitur, ut & th. 31. verſ. locum id etiam.*

Limit.

XIX.

Eadem alendi neceſſitas non minore jure nonnunquam *ad ſponſ. m. de præſenti* ſcil. extenditur, quem nomine mariti venire, verius eſt. *Deuteronom. 22. verſ. 24. Matth. 1. verſ. 18. l. 15. ib.* Gotofr. *lit. A. de condit. & demonſt. c. cum initiatur c. coniuges 27. q. 2. l. 5. C. de bon. quæ liber. l. 4. §. 7. l. 6. §. 1. l. 8. de grad. & aff. l. pen. ff. de don. int. v. r. & ux. Imp. Leo in Nov. 74.* Gail. *2. obſerv. 80.* Berlich. *p. 3. pr. concluſ. 25. n. 5.* Faber. *de al. c. 2. p. 22.* Tuld. *in C. de ſponſ. n. 3.*

Sic ſponſa aliquando à ſponſo alenda

præſer-

præſertim quando ille cum ipſâ matrimonium ritè contractum corpore adimplere, & ſponſam ſuam ſibi ſolenniter per parochum copulari renuat: quo in caſu ſponſa in ſponſi contumacis & tergiverſantis bona pro alimentis & alijs neceſſarijs conſequendis mitti ſolet & debet, donec ſponſus refractarius ad mentem ſaniorem redeat, & matrimonium impleat, *arg. l.1. & t. tit de bon. auth. iudic. poſſid. l.18. C. quom & quando iudex l.5. pr. ff. ut in poſſ. legat. eat. l.13. §.3. C. de iudic.* Beuſt. *de ſponſal c. 66. §. pen. in f.* atque ſic in praxi obſervari præter quotidianam experientiam teſtantur Pfeil *conſil. 107. n. 8. & ſeq. cent. 2.* Cothman. *vol. 2. Reſp. 21. n. 99. & ſeqq. ubi* tamen *n. 101.* alium tales refractarios coercendi modum in aliquibus locis uſitatum ex B. Luthero recenſet add. Surd. *d. t. 1. q. 32. n. 19.* Zoeſ. *ad ff. in tit. de ſponſal. n. 18.* Tuſchus *concl. 134. lit. A.* qui hoc alendi onus etiã hęredibus ſponſi injungit. Cæterùm dictus coercendi modus & alendi ſponſam neceſſitas longè minus dubij habet, quando ſponſa ſ. de futuro ſ. de præſenti ſ. etiam clam adſcita ante benedictionem ſacerdotalem carnaliter à ſponſo cognita fuerit, cùm eo ipſo ſponſalia qualiacunque in verum & legitimum tranſeant matrimonium, per *c. 15. & 30. de ſponſal. c. 6. de condit. appoſ.* Richter. Carpzov. cit. Ampliſſ. Dn. Præſidi *in obſerv. ad VVeſenb. tit. de ſponſ. p. 126.* nec ei, nec partui quoad ullum juris effectum ſacerdotalis copulæ, quæ de externis tantummodo ſolennitatibus & accidentalibus matrimonij eſt, defectum obeſſe, communior ſaniorum Theologorum & ICtorum ſententia eſt. *arg. l. 22. C. de Nupt.* B. Lutherus *in lib. de cauſis matrim. p. 249.* H. Piſtor. *& alii, quos cit.* Clariſſ. Dn. Præſes *in modo cit. not tit. de his qui ſui vel al. iur. n. 3. ad t. de ſponſ. p. 126. & ad t. d. R. N. n. 5. verbi: benedicent. p. 153.* de hiſce & alijs huc pertinentibus controverſiis omninò meretur legi Chriſten. *leg. tract. de iure matr. q. 27. Diſſ. 1. verſ. in ambiguum, ut & in q. 22. 23. & aliis.* Et quamvis ſub promiſſione matrimonij imprægnationem eſſe factam, ſatis probari nequeat, ſtupratorque juramento præſtito à matrimonij inſtantia abſolutus ſit, nihilominùs vitiatam cum infante, inſpectâ ipſius qualitate & conditione alimentare, vel quod perinde eſt, dotare officio judicis compellitur. Sey Ihr ſchuldig den Krantz zu bezahlen/ oder ſoll

Sponſa in contumac. ſponſi bona mitt.

Præſert. ſi carn. ab eo ſit cognita.

Stuprata alenda aut dotanda.

ſich

ſich mit der deſlorirten Perſon abfinden vnd vergleichen: Sie ihres ſtandes vnd herkommens nach dotiren/ vnd die Leibesfrucht/ ſo bald dieſelbe lebendig zur Welt gebohren iſt / auff richterliche ermeſſigunge alimentiren. Carpz. *d. tr. p. 4. conſtit. 27. per tot.*

XX.

Maritus viciſſim ab uxore alenda.

Sic etiam vice verſâ ex natura correlatorum, cum mutuo & pari affectione conjuges ſibi invicem ſint obſtricti, uxor locuples mariti ſui neceſſitatibus, quoquo modo honeſtè poſſit, ſubvenire, atque ſi maritus inops ſibi ipſi victum quærere non valeat, eidem unâ cum liberis ad alimenta præſtanda tenetur, *l. 73. §. 1. ff. l. 29. C. d. I. dot. ut enim virum uxoris, ita viciſſim uxorem mariti infortuniorum participem eſſe oportet. d. l. 22. §. 7. ſol. matr,* nec hoc (ut Gl. *in l. 33. §. 1. ff. don. int. vir. & ux.* ejuſque adſtipulatoribus videtur) tàm incongruum eſt; cùm enim uxor mariti dignitate coruſcet, ejus bonis & omnibus privilegijs fruatur *l. 8. ff. de ſenat. l. 13. C. de dignit. l. pen. pr. ff. de Edict. l. f. C. de incol. divineq; & humanæ domus perpetua ſocia ſit l. 4. C. de crim. expil. hæred.* impiè ſanè & inquiſſimè ageret, ſi in adverſis eum deſereret, *ſuisq; divitiis illius inopiam non ſublevaret. Nov. 53 inf. arg. l. 5. §. 13. ff. h. l. 28. ff. de relig. & huc facit. Nov. Imper. Leon. 89. ubi in f. conjugalis vitæ deſiderio teneris? conjugii leges ſervare neceſſe eſt. Diſplicent matrimonii moleſtiæ? cœlebs vivas &c.* Atque dicta aſſertio quoad dotalia bona omni prorſus caret dubio, per *l. 7. pr. ff. & d. l. 29. C. de iur. dot.* ſ. dos apud virum ſit ſ. eam fortè ob inopiam aut prodigalitatem viri, *l. 30. inf. C. de I. dot. Nov. 97. c. 6* uxor, ejuſve pater, aut hæredes repetierint. Gotofr. *ad d. l. 29.* Gl. *ad l. 24. ff. ſolut. matr.* Col. *lib. 1. c. 12. n. 9. inf.* Et quicquid deductis oneribus hoc in caſu de dote ſupereſt, marito ut dotalium fructuum domino reſtituendum venit, latè de his. Bart. *ad d. l. 24 n. 104.* Surd. *tit. 1. q. 15 n. 5.* Sed quando dotis fructus ad id non ſufficiunt? de paraphernalibus ſuis bonis id uxor ſupplere, maritumque inde alere tenetur. per *Auth. præterea C. unde vir. & uxor. & modò cit. ll.* & rationes. Bart. ad *d. l.* Iacob. Faber. *de alim. d. c. 2. p. 41. cum ibid. cit. Dd.* Imò nec tum quidem, quando æquè pauper ac vir eſt, ab onere maritum alendi prorſus liberata eſt, ſi enim aliâ ratione nequeat, & operari ſciat, aut negotiari conſueverit,

Dotalibus non ſuffic. etiam ex paraphernalis

operis

operis ſuis & manuum ſuarum labore marito, ad ſibi proſpiciendum invalido, vitæ ſubſidia acquirere eam oportet, *arg. l. 48. de oper. libert. c. hæc imago 33. q. 5.* Carpzov. *d. tr. p. 2. c. 25. d. 15. n. 4.* Reſtringunt quidem hanc uxoris obligationem non nulli, eamque ab hoc alendi onere eximunt, ſi ſuâ culpâ prodigalitate ſcil. aut ob maleficium in tantam egeſtatem inciderit maritus. per *cap. 10. X. de conſuet.* Socin. Baldus Tuſchus, quem vide *d. concluſ. 387. n. 140. et ſeq.* veriùs autem puto, hoc alendi onus tamdiu durare, quàmdiu ipſum inter eos durat matrimonium, nec crimine viri tolli, utut ob id bannitus aut excommunicatus ſit, exemplo *c. 2. Nov. 12.* niſi in ipſius matrimonij leges & uxorem graviter peccatum ab eo fuerit, fornicando ſcil. vitæ uxoris inſidiando, perfidè eam deſerendo. *arg. l. 10. §. un. ff. ſol. matr. l. 8. §. 1. C. de repud* Coler. *d. c. 12. n. 6.* Sanè cùm hodiè in pleriſque Germaniæ locis conſuetudine introductum ſit, ut conſtante matrimonio omnium uxoris bonorum fructus maritus percipiat, hæc quæſt. in praxi parum utilitatis habere videtur, nec facilè movebitur, niſi in duobus illis caſibus, quos habet Carpzov. *d. tr. p. 3. c. 25. def. 7.* Non tantum autem dicto modo inopi marito uxore vivâ, ſed etiam ea mortuâ ipſi proſpectum eſt, per *d. Auth. præterea C. unde vir. et uxor*, cum, eam conſtitutionē etiam in viro obtinere, ſatis probetur per *Nov. 53. c. 6. in f. pr. et §. fin. ibiq.* Gotofr. Surd. *d. q. 35. n. 13. et ſeqq.* hujuſq; *Auth.* beneficium marito utilius quandoq; eſſe quàm *l. 1. C. de bon. quæ lib.* à Conſultiſſ. Dn. Præſide dilucidè demonſtratur *in not. VVeſenb. ad t. unde vir. et uxor. n. 2.*

Limit.

Ex uxoris mortuæ bon. marito proſpicitur.

XXI.

Porrò pòſt mortem viri, ut *vidua* quoque, quæ imaginem, juſque prædefuncti repræſentat, & quamdiu in viduitate honeſtè vivit, in primo adhuc matrimonio eſſe reputatur *l. 8. in f. ff. de ſenat. l. 22. §. vidua. ad municip. l. f. C. de bon. matern. l. 20. C. de Nup. l. fin. C. de incol. l. 15. X. de for. comp.* ex defuncti mariti hæreditate alatur, ratio pietatis, prioris matrimonij benè tranſacti reverentia, *l. 67. §. f. de leg. 2.* prædefunctique manes poſtulare videntur, quæ contriſtari dicuntur, ſi uxor miſeram vitam agat. per *l. 4. §. 16. de excep. dol. Nov. 22. cap. 20. §. 1.*

iung.

Vidua intra annum luctus ab hæredib. mar. def. alenda.

iurg. c. un. 2. F. 8. in f. pr. Verùm circa hæc ſumma Dd. diſſenſio eſt. Intra annum luctus quidem mulierem ab hæredibus defuncti eſſe alendã minùs dubitatur; ſicut enim lex eo tempore hæredes habilitat, ne inviti dotem in pecunia alijſve rebus mobilibus receptam reſtituant *l. un. §. 7. C. de Rei ux. act.* ità quoq; eoſdem gravare intelligitur ad alimentandam viduam, ſecundum doctrinam Bart. *in l. 8. n. 1. ff. ſolut. matrim.* Tuſchus *lit. A. concluſ. 256. n. 5.* certum enim eſt nemini ex re ſua alimenta denegari debere, *dos autem proprium mulieris patrimonium eſt l. 3. §. 5. ff. de minor. l. 81. §. 1. ff. ad L. Falcid. et naturali iure in eius dominio permanet l. 30. C. de I. dot.* concedo, quod illud dilationis tempus in favorem hæredis primariò ſit conceſſum, ſed illud in præjudicium & injuriam uxoris nòn puto interpretandum. per *l. 4. C. de Emancip. l. 7. C. de prec. imp. off. c. primum 22. q. 2. arg. c. ſuggeſtum X. de decimis* Gl. & Dd. *in c. per venerabilem. X. qui filij ſint legitimi. c. 1. et ibi* Accurſ. *de pac. Conſtant. §. privilegia.* Surd. *q. 43. n. 21.* quia res cum ſuo onere regulariter tranſit *c. pen. X. de decim. l. 13. §. 1. de acq poſſ.* juriſque non dubitati eſt, quod obligationes, quæ erant in defuncto, in hæredem deſcendant. ſecundum *rubr. et t. t. C. de hæred. act. & tit. C. ut act. ab. hæred. et contra hæred.* nec in perſona hæredis mutentur *l. 12. §. 2. de V. O. l. 14. C. de R. V. l. 3. C. de reb. al. arg. l. 9. ad SCt. Syll.* quippe qui pinguioris conditionis, quam erat ipſius autor & anteceſſor, eſſe non poſſit. per *l. 105. de condit. l. 160. §. abſurdum l. 175. § non debeo mel. ff. de R. I.* Maximè cum dotis ſequela, cauſa finalis, & inſeparabile onus ſit mulieris alimentatio & aliorum onerum matrim. ſupportatio. *l. 7. pr. l. 9. §. 1. in f. l. 56. §. 1. l. 75. in f. ff. d. l. dot. l. 20. C. eod. l. 28. de relig. l. 65. in f. ff. pro ſocio l. 1. in f. de fund. dot.* atque hanc opinionem communem eſſe, & in judicijs obſervari, teſtatur Teſſ. *deciſ. 43. n. 1. Pontan. c. 15. n. 1. et 3.*

Etiamſi dives ſit.

Nec quidem in hac cauſa attendendum arbitror, an exiguam vel ſplendidam habeat dotem, an pauper, vel dives ſit mulier; quanquam enim alia bona immobilia & paraphernalia, unde ſe exhibere poſſit, poſſideat, aut pater dives ipſi ſuperſtes ſit, nihilominùs ad eam alendam hæredes teneri, rectè concludunt Surdus *d. q. n. 40. et 41.* Fab. *de al. d. c. p. 41. verſ. viduæ. Nec enim ob divitias alicui auferri ſua iura oportet;*

iet; uti nec Principi aut Regi opulento tributa, vel creditori copioſe pecuniæ debita denegantur, ut ait Vallenſis. *in parat. ad Decretal. t. de decim. §. 6. in f.* quamvis autem hæc ſententia juri noſtro maximè ſit conformis, fatendum tamen cum Teſauro *in d. deciſ. 43. inf. n. 4. quod durum ſit, contra ſtimulum calcitrare propter communem Dd. opinionem,* (quos ferè omnes hic contrarium tenere video,) *cum in ea tempora inciderimus, in quibus non ſola veritas, ſed magis multitudo errantium etiam aliquando (modo communis nomen obtineat opinionis) obſervari ſolet.* Sed longè dexteriùs de his ſentit Ampliſſ. Dn. Præſes *in obſerv. VVeſenb. ad tit. de uſucap. n. 14. in f.* Limitantur autem prædicta, ut vidua ab hæredibus non debeat ali, niſi in domo defuncti apud hæredes, modò honeſtè fieri poſſit, per id tempus commoretur, ijſque operas aliquas officiales, quales ſcil. ipſam non dedecent, præſtet; *non enim,* ut Dd. ajunt, *in domo ſtare debet ut truncus aut corpus mortuum.* vid. Tuſchum *concl. 288. & 295. n. 4. & n. 10.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 170. n. 12.* Arnold. Reyger *Theſ. iur. lit. A. n. 152. & 190.* Rol. à Valle *conſ. 55. n. 2. vol. 2.* Notandum etiam hìc eſt, quòd hæredes, ſi velint, ſe hoc alendi onere ipſi liberare poſſint; nimirum ſi non expectato anno dotem & quidem integram viduæ etiam invitæ reſtituant, *arg. l. pen. C. de pact. l. 38. §. inter l. 137. §. cum ita l. 122. pr. de V. O. l. 70. ff. de ſolut, l. 18. ff. d. R. I.* Surdus *d. q. 44. n. 52. & ſeqq. ubi* contra Bartol. rectè aſſerit, quod hic interuſurium temporis non ſit deducendum; non enim aliter hæc renunciatio dictum effectum operatur, niſi dotem ante diem ſine diminutione ſolvere velit hæres. *n. 58. & ſeqq.* add. Coler. *d. c. 11. n. 13. arg. l. 13. §. 8. de act. empti. l. 41. §. 1. ff. de uſur.*

Sed contrar. comm.

Limit.

XXII.

Sed an vidua etiam poſt illum annum reliquo viduali tempore ab hæredibus mariti alenda ſit, à Dd. noſtris variè diſputatur. Diſtinguendum mihi (1) videtur, an mulier dotata ſit, & an dos ad alendam eam ſufficiat; quò in caſu quamprimùm ipſi dos ab hæredibus reſtituitur, ab his nihil quicquam ampliùs vidua petere poteſt: quamdiu autem hæredes poſt illud tempus annuum in morâ ſunt, quo minùs mulier bonorum ſuorum dotalium fructus percipere queat, veriſſimum & æquiſſimum

An etiam poſt annum luctus al. vidua?

Negat. ſi uxoris bona ad id ſuffic.

mum arbitror, ut mulieri intereſſe præſtetur; non tantum damni emergentis, verum etiam lucri ceſſantis; modò ſi hoc petat, præterquam quòd interpellatione ſuâ debitores in mora conſtituerit, etiam probare poſſit, ſe conſveviſſe mercari & negotiari, aut ad honeſtum lucrum mercatoribus dare, aut ad annuos reditus, aut etiam fundum emere, per *l. 2. §. fin. ibiq.* Dd. *ff. de eo quod certo loco. l. 21. §. 3. de act. empti c. per veſtras in f. X. de don. inter vir. & ux.* Rol. à Valle *d. conſ. 55. n 8. & 9.* Coler. *cum pl. alleg d. c. 11. n. 31. & ſeqq.* Surdus. *q. 45. n. 28. & ſeqq. ubi* aliq. modos intereſſe probandi recenſet: nec tamen reijcienda prorſus illorum opinio videtur, qui, quod vidua ratione hujus intereſſe, & uſurarum ab hæredibus dotem apud ſe retinentibus, alenda interea ſit, ſtatuunt. Cordub. Donell. Kirchov. cit. & approbati Teſſauro *d. l. n. 2.* Fabro *de alim. d. l.* Ita tamen hoc limitandum puto; ne tunc hæredes id, quod alimentationis ſumptus excedit, lucrentur, nec uxori ampliùs in alimenta impendi neceſſe ſit, quam legitima uſurarum quantitas patitur. Porrò quod ſi mulieri per antenuptialem donationem, uſumfructum ſ. aliud legatum de alimentis ſatis à prædefuncto marito proſpectum ſit, & debito modo ipſi ſolvatur, non eſt, quod hæredes hâc de cauſa inquietentur: quando verò ejuſmodi relicta, ſeu etiam mulieris dos exigua ſint, ut inde ſe competenter ſuſtentare nequeat, in tantum augenda & ſupplenda ſunt ex mariti hæreditate, ut ijs ſumptibus ſufficiant, ſ. potius ut quartam hæreditatis æquent. v. Cl. Dn. Præſid. *ad VVeſenb. d. t. unde vir. & uxor. n. 2. p. 416.* quod ſi uxor prorſus indotata ſit, nec aliunde, quo ſe ſuſtentet, habeat, ipſi per *Auth. præterea C. unde vir. & ux.* ſubvenitur, ex qua quartam omnium mariti bonorum, ſi tres vel pauciores liberi ſint, ſi plures, virilem portionem, quæ loco alimentorum ſuccedit, conſequitur: quod quàm variè rurſus limitetur, vid. ap. Dd. *ad iſtam Auth.* Andr. Köbl *de ſucceſſ. Coniug. p. 2. n. 28.* & Ampliſſ. Dn. Præſid. *d. l.* Hoc tamen certum eſt, illud ſubſidiarium remedium locum non invenire, ſi quando mulier alia quâcunque ratione exhibere ſe honeſtè poſſit, maximè ſi liberi adſint, quos per hanc ſucceſſionem injuſtum eſſet gravari. *Novell. 53. c. 6.* nec etiam eam ali, aut

Modò poſt numdos ipſi reſtituatur.

Aliàs intereſſe ipſi præſt.

Vidua pauper.

Et indot. nihilom. ab hær. al.

aut ad hoc beneficium admitti neceſſe eſt, quæ ſolita negotiari, aut aliter operari, alimenta pro ſua qualitate ſufficientia ſibi ipſi procurare valeat; ſecus autem ſine dubio eſt, ſi quæ ita ab ea acquiruntur hæredum commodo cedunt. *arg. l. 1. §. 4. de tut. & rat.*

XXIII.

Superſunt adhuc alij, quibus vel ratione operarum & officiorum ſibi præſtitorum, vel etiam nudæ commiſerationis, aut alia æquitatis causâ alendi onus impoſitum eſt. Sic olim *liberti libertaq́,* ob acceptum libertatem, *ſummum & inæſtimabile beneficium, l. 106. d. R. l.* patronis ſuis, eorumque liberis & parentibus egentibus pro modo facultatum ſuarum, *quamdiu ſcil. his deerat, ipſis verò ſupererat*, alimenta præſtare debebant, *l. 5. §. 18. & ſeqq. ff. h.* imò ſi aliter non poterant, etiam manuum ſuarum operis ijs victum parare cogebantur. *arg. t. t. ff. de operis libert.* quô facit *l. 26. §. 12. ff. de condict. indeb. ubi.* dicitur *quod etiam natura (per l. 25. §. 11. de hered. pet.) operas patrono debeant liberti. Et ſi probatum erat, patronos paupertate vel corporis valetudine laborantes à libertis relictos fuiſſe, in poteſtatem patronorum redacti miniſterium dominis præſtare cogebantur. l. 6. §. un. ff. h. t.* Vice tamen versâ liberto in ſummam egeſtatem redacto alimenta petenti, ſi denegaret *patronus, amiſſione libertatis causâ impoſitorum & hereditatis liberti puniebatur d. l. 6. pr. h. l 33 de bon. libert.* Multò magis autem tenetur *Dominus ſervis ſuis,* quamdiu in ejus miniſterio ſunt, cibaria, veſtes, modicas valetudinis impenſas, & alia vitæ neceſſaria ſuppeditare; naturali enim ratione alimentorum expenſas præſtare is debet, ad quem uſus hominis pertinet *l. 18. §. 2. ff. commod. ibi* Gotofr. *lit. A. l. 30. §. un ff. de Ædilit. edict. l. 2. C. de part. pig. junctâ l. ſecundum naturam ff. d. R. l.* & aperti juris eſt, quod omnis operas edens alendus ſit ab eo, cujus commodo operatur. *l. 50. §. un. de operis libert. l. 2. verſ. vel famem, de his qui ſui vel al. iur. §. f. l. eod.* ſumptuſque alimentorum ijs, quorum obſequio utimur, exhibitorum, cum operarum pretio compenſentur. *expr. text. in l. 28. §. 1. ff. de don. int. vir. l. 7. §. f. ſol. matrim. d. l. 30. in f. ibiq.* Gotofr. *lit. D. de Ædilit. edict.* add. Tulch. *d. lit. A. concluſ. 287. n. 160. & ſeq.* Carpz.

Patronus alnau à libertis

Et hi viciſſim ab illo

Sic omnis ſervus à Domino

Et operas edens ab eo, cui operatur.

I, For. p. 2. c. 10, d. 27. Verùm hæc aſſertio, quod operas præſtanti alimenta debeantur, moderatè intelligenda, nec ad eos,

Limit. qui in compenſationem alicujus beneficij aut alterius obligationis determinata ſervitia alijs exhibere tenentur, extendenda. Surd. *t. 1. q. 66. n. 9* Et ita hodie *homines proprii & ruſtici* jure ſubjectionis, aut agricolationis ad operandú Dominis ſuis obſtricti, ſuo

Ruſtici hodie ſuo victu Dominis operantur

victu veſtituq; *dummodò habeant, unde vivant ſatiſq; temporis ad quæſtum alimentorum, & corporis curam iis relinquatur l. 50. §. un. de operis libert.* operas conſuetas præſtare debent, *arg. l. 18. l. 33. ff. de operis libert.* quod verò ſi dictæ operæ ſint incertæ, ita ut quoties & ad quid à dominis ſuis expetantur, indiſtinctè parere & operari neceſſe habeant, à domino alimenta ſubminiſtrari debent;

Si verò incertæ ſint operæ, à Domino aluntur.

ptout hæc optimè diſtinguit Conſultiſſ. Dn. Præſes *in obſerv. VVeſenb. ad d. t. de operis libert. n. 14.* ſic etiam quando non ex obligationis neceſſitate, ſed ex curialitate & benevolentiæ ſignificandæ ergò ſubditi domino operantur, oportet, ut ipſis à domino cibus & potus ſubminiſtretur. Coler. *lib. 1. c. 13. n. 90.* Verùm enim verò hac in re ſingulorum locorum conſuetudines, quæ valdè variant, & juri communi derogant, nec non potiſſimum pacta curialia conventionibus hiſce adjecta ſpectari & obſervari debent. Vid. Gail. *2. obſerv. 62. n. pen. & f.* Ioh. Frider. *de propr. hom. c. 6. n. 92.* per *l. 34. ff. d. R. I.*

XXIV.

Donator alendus à Donatario

Ex antidotali obligatione (quæ ut *benefacienti benefaciamus* dictitat) *Donatarius* quoque *Donatori* facultatibus lapſo vitæ neceſſaria ſubminiſtrare tenetur, & ſi hoc humanitatis officium ei exhibere nolit, quis dubitet, eô tantam committi ingratitudinem, ut ob id donatio jure meritô ab indigno revocari poſſit. per *l. 6. ff. h. l. 33. de bon. libert.* Iunctâ *l. 206. de R. I.* ut & *l. f. ibiq;* Dd. *C. de revoc. don. cùm necare videatur is, qui alimenta quoquo modo debita non ſubminiſtrat. l. 4. ff. h. c. paſce Diſt. 86. Nov. 18. c. 3.* modò de tali egeſtate donatarius certior redditus, & de ſuccurrendo interpellatus antè fuerit, *arg. d. l. 6. ff. h.* Surd. *q. 48. n. 9. & ſeqq.* nec tantùm ipſi donatori, verùm etiam liberis ejus alimenta à donatario perſolvi debere Dd. communiter concludunt, *in d. l. f. C. de rev. don.* Tulden. *in C. ad*

eundem

eundem tit. n. 2. in f. vide Fabrum & ab eo cit. *d. c. p. 46.* Pontan. *c. 13. n. 5.* Jul. Clarum *Recept. ſent. §. Donatio q. 21. n. 3.* Verùm hic non præcisè & ſimpliciter, qualia & quanta donantis indigentia & dignitas exigit, alimenta à donatario præſtanda, ſed pro ratione ac pretio rei donatæ eadem reſtringenda ſunt, per illud vulgatum, quod *ex limitatâ cauſâ limitatus producatur effectus. arg. l. 16. ff. de acq. rer. dom.* Nec tamen hic, ùt aliàs in decernendis alimentis fieri debet, ſecundum fructus rei donatæ tantum (vid. *infra th. 34.*) ſed etiã, ſi hi non ſufficiant, ad ipſam proprietatem æſtimatio extendenda eſt; cùm eo ſit favorabilior hæc cauſa donatoris, quòd is de graviſſimo damno vitando, fame ſcil. certet. Coler. *d. c. 13. n. 68. & ſeq.* His addo, quod ſi donationis præſumptio ceſſat, ubicunque alia & fortior poteſt ſumi conjectura. Menoch. *de arbitr. l. 2. cent. 1. caſ. 88. n. 2.* Schneidevv. *ad §. 20. de act. fam. erciſc. n. 51. l. de act.* ut in ſupervenientia liberorum. *d. l. 8. C. de revoc. don.* junctis *l. 102. de condit. l. 30. C. de Fideicom.* utique repetitioni & pœnitentiæ maximè in hoc caſu, quando ipſe donator egere incipit, dabitur locus, *cùm omnis ordinata charitas à ſe ipſâ incipiat. l. 6. C. de ſervit.* vid. Carpzov. *d. tr. p. 2. c. 12. d. 32.* Ex eâdem remunerationis lege etiam *Eccleſia ſuum Patronum*, qui eam fundavit, aut congruâ dote decoravit, conſervat & defendit, ad inopiam redactum cum liberis & tota ipſius familia alere tenetur. *c. nobis 25. X. de iur. patron. c. quicunq; fidelium 16. q. 7.* Tulden. *ad C. d. t. de don. n. 4.* atq; duobus patronis extantibus, quorum alter plus in Eccleſiam contulit, eidem etiam pinguiora alimenta ſunt conſtituenda. Col. *d. c. 13. n. 86.* ſi vero univerſitas patrona ad talem inopiam fuerit redacta, non quidem omnibus civibus, ſed ſuperioribus tantùm de alimentis providendum eſt. Cittadinus *de I. patron. n. 161.* quem ſequitur Surdus. *tit. 1. q. 54. in f.* Hoc autem tum demum obtinet, quando Eccleſia locuples eſt, ita ut ex fructibus in perſonas eccleſiaſticas, aliaſvè magis neceſſarias cauſas impendendis tantùm ſuperſit Gl. *in d. c. quicunq. verbo ad inopiam per d. l. 5. §. pen. h. l. 2. C. eod.*

Patronus ab Eccleſia

XXV.

Dominus feudi à Vaſallo.

His beneficiarijs jure merito quoq; annumeratur *Vaſallus*, qui

qui non ita naturaliter tantum, ſed etiam vi juramenti fidelitatis, in quo Domino ſuo defenſionem, incolumitatem &c. *2. F. 5. 6. & 7.* promittit, neceſſitatibus Domini ſubvenire *2. F. 26. §. licet.* eique facultatibus lapſo alimenta præbere ſub amiſſione feudi tenetur, *arg. l. 1. C. de operis libert. l. 5. §. 18. & ſeqq. l. 6. ff. h. t.* Pontan. *de al. c. 11. n. 3.* Surdus *tit. 1. q. 55. n. 12. & ſeqq. arg. 2. F. 23. ibi, egregia ingratitudinis cauſa.* Iunctâ *l. 4. ff. h.* quod maximè obtinet, ſi feudum magis ad præſtanda ſervitia, quàm ad remuneranda inſignia merita ſit conceſſum. Faber. *de alim. d. c. 21 p. 47. verſ. idem iuris*, aut ſi vaſallus divitijs maximam partem ex bonis feudalibus acquiſitis abundet. Clarus. R. *ſent. lib. 4. §. Feudum q. 23.* Verùm hanc alimentorum præſtationem communiter ratione feudi, ejuſque fructuum & redituum moderandam & determinandam eſſe tradunt. Garz. *de Expenſ. c. 12. n. 72.* Hartm. Hartm. *tit. de feud. obſ 23. n. 1. & 2.* & Dd. comm. Alij, quod, ne quidem omninò omnes feudi reditus, verùm tantum dimidia pars fructuũ annuorum, ſi tantum alimenta Domini deſiderent, ſuppeditari debeat ſtatuunt. quam ſent. ut æquitati maximè conſentaneam & textibus & Dd. authorit. *in Diſſert. mea de Amiſſ. & devolutione Feudi anno ſuperiore ſub præſidio Ampliſſimi & Conſultiſſimi viri Dn. Georgii VVerneri ICti & P.P. Hoſpitis & Præceptoris mei nunquam non honorandi hîc habitâ, defendi th. 46. lit. E.* Quod autem ex naturâ correlativorum argumentantes nonnulli etiam Domino hoc alendi onus imponant, minus probababile videtur, per ea quæ habet contra Surdum Col. *d. l. 1. c. 12. n. 113. & ſeqq.* Nec Dominus vaſallo ſumptus alimentorum aliàs ſuppeditare tenetur, niſi quando extra ſuum territorium militatum eum avocet, *arg. l. 18. 21. inf. l. 33. ff. de operis. lib.* VVeſenb. *c. 10. n. 13. de Feudis.* Roſenthall. *c. 8. concluſ. 24.* Schrader. *in tr. feud. p. 6. c. 6. n. 15. non obſt. 2. F. c. fin.* vel ob vaſalli inhabilitatem, aliamve cauſam citra hujus culpam feudum ad Dominum reverſum ſit, ut in *c. un. 1. F. 6. §. fin.* Sic porrò etiam *ſubditi Imperantibus ſuis* pro eorum dignitate ſufficientia alimenta conſtituere debent. Domin. Sot. *lib. 3. de I. & I. q. 6. art. 7.* Rol. à Valle *conſ. 1. n. 54. vol. 2.* vid. Surd. *q. 57.* Mundius *de mun. & honor. c. 7. n. 126.* Quæ quidem ſubditorum obligatio, ut ſummè neceſſaria,

Imperans à ſubditis ſuis.

ſaria, ita & æquitati atque juſtitiæ ſummè conveniens eſt, Cùm enim dicti Imperantes *ſuis conſilns & laboribus pro omnium ſubditorum ſalute nocte dieq; laborent*, *Nov.* 105. *c.* 2. & *Nov.* 109. *l. ult. in f. C. de 4ennii praſcr. atq; hi ſint, de quibus praclarè* Seneca *dicit, quorum vigilantia omnium ſomnos, quorũ labor omnium otium, quorum induſtria omnium delitias, quorum occupatio omnium vacationes defendit. in conſolat. ad Polyb.* ſanè ſubditorum gratorum officium erit, ut tanta beneficia ſubmiſsâ reverentiâ, obſequendiqúe animo promptiſſimo agnoſcant, eoſque ſumptus, qui tàm ad magnificè ſatis exhibendum Imperantem, quam qui ad omnia comparanda, quibus ſine nec pacis nec belli tempore ſalus publica ſervari poteſt, neceſſarij ſunt, pro viribus ſuis ſpontè contribuant & ſubminiſtrent. Principes verò & omnes imperantes, quibus juſtitia & populi ſalus cordi eſt, 2. *F.* 52. & 55. *in pr. vid. praſat. plerarumq; Novellarum Divi noſtri Iuſtiniani Imperatoris glorioſiſſimi*, ejuſmodi expenſas ita moderabuntur, ne per nimias & non neceſſarias exactiones ſubditi facultatibus exuti, ad miſeriam & inopiam redigantur; ſed eo potius unicè annitentur, ut ſuis ſubditis, quos in officio retinere cupiunt, modi & media ſubminiſtrentur, & augeantur, quibus ſibi ſuiſque de alimentis ſatis proſpicere, ipſique Imperanti & Reip. re ita exigente, ſuccurrere ſemper valeant: de hoc argumento plura legi poſſunt. ap. Coler. *lib.* 1. *c.* 17. *per tot.* Iacob. Fabr. *tr. de alim. c.* 2. *p.* 55. & *aliq. ſeqq.*

XXVI.

Eâdem æquitatis ratione tenetur quoque *diſcipulus praceptori* ſuo fideli & benèmerito alimenta ſuppeditare, *arg. l.* 2. *§. fin. verſ. Ergo Sabino ff. de orig. iur. l.* 12. *§.* 3. *de adm. tut.* quia parentum inſtar perpetuò ſunt colendi *l.* 1. *ibiq;* Gl. & Dd. *C. de Excuſ. artific. ubi. diſcipuli Magiſtrorum filii* appellantur; & ut filio patris, liberto patroni, ſic quoque diſcipulo præceptoris ſui perſona ſemper ſancta & honeſta videri debet. Gloſſ. *in l.* 9. *ff. de obſeq. par. & patr. praſt. lit.* D. Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 2. *cent.* 2. *caſ.* 500. *per tot. ubi inf.* alleg. hoc juvenalis Præceptor à Diſcipulo

Dii pra-

Dij præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco &c.

Sic ſummus etiam Philoſophus præclarè *9. Eth. 1. 2. & 3.* docet, *Diis, parentibus, & præceptoribus æquivalens præmium pro beneficiis reddi non poſſe.* Iung. Gellius *Noct. Attic. l. 4. cap. 3.* Hinc Dd. noſtri, hoc pietatis officium præceptori quoque egenti à diſcipulo præſtandum eſſe, communiter concedunt H Hartm. *lib. 2. tit. 18. obſerv. 2. n. 14.* Rol. à Valle. *conſil. 5. n. 10. vol. 1.* Aſcan. Clem. *de p. pot. effect. 17. n. 5.* Pontan. *c. 13. n. 10.* Surd. *tit. 1. q. 53.* Coler. *c. 5. n. 34. & ſeq. lib. 1. de alim.* His nunc meritò adjunguntur *Sacerdotes*, verbi divini & rerum ſpiritualium miniſtri, quibus regulariter quidem *de bonis Eccleſiæ*, cui ſerviunt, alimenta ſubminiſtranda ſunt. *qui enim altari ſervit, de altari vivere debet c. exſtirpanda 30. X. de præbendis. & qui ad onus eligitur repelli non debet à mercede, c. cum ſecundum 16. eod.* add. *c. 3. de cleric. ægrot.* Menoch. *conſil. 72. n. 12.* quod verò ſi Eccleſiæ reditus ad id non ſufficiant vel *ab epiſcopo ordinatore* id ſupplendum eſt. *c. 2. X. de præbend. c. 37. in 6.* vel in ſubſidium *parochiani* contribuere, ſuoque parocho vitæ neceſſaria, vel eorum loco ſufficiens ſalarium ſubminiſtrare debent. *Math. c. 10. verſ. 10. 1. ad Corynth. 9. verſ. 7. c. omnis Chriſtianus. ibiq.* Gl. *de conſecr. diſt. 1. c. alia c. apoſtolicis & c. decimæ 16. q. 1. ubi* Auguſtin. *Dabis impio militi, quod non vis dare ſacerdoti*; idem ferè habetur *in c. admonemus. 16. q. 2.* Surdus *q. 89. n. 1. et 2.* Atque cum hæc ſuſtentatio clericis non intuitu perſonarum, ſed Dei, & officij ſui eccleſiaſtici debeatur, ideoque illis quantumvis divitibus ea ſubminiſtranda eſt, *cap. 16. X. de præſcript. ibi. qui ſpiritualia ſeminat, non eſt magnum, ſi metat carnalia, cum nemo cogatur ſuis ſtipendiis militare.* nec alicui ob divitias ſua jura auferri oportet. Vallenſ. *comment. ad Decret. ad tit. de decim. §. 6. in f.* quod etiam extendunt ad clericos ab officio ſuo ſuſpenſos, ſi aliunde non habent, unde vivant. Gl. *in c. ſtudeat. diſt. 50.* Faber. *d. c. 2. p. 46. verſ. ſi vero Eccleſia.* Coler. *d. lib. 1. c. 17. n. 63. & ſeq.*

Sacerdotes, ſi Eccleſia pauper,

à parochianis ſuis

XXVII.

Quatenus perſonis aliena curantibus Tutoribus Decurionibus

rionibus, Procuratoribus & ſimilibus alimenta ſint conſtituenda, nunc quoque addendum videtur. Et ſane certi juris eſt, his, qui officium aliquod perſonale, & ſollicitudinem aliquam circa res alienas ſeu publicas ſeu privatas ſine erogatione proprij patrimonij gerunt, alimenta nulla deberi, ſed tantum illos ſumptus, quos circa rei geſtæ demandatæve expeditionem fecerunt, reſtituendos eſſe, ex Bart.& Guid. Pap. Surdus. *q. 61. n. 1. & 2. t. 1.* Sic *Tutori* ex pupilli ſui bonis regulariter nec ſalarium, *l. 9. ibiq.* Gl. *ff. de tutel.* nec alimenta præſtari debent, *arg. §. ſed & propter l. de Excuſ. tut. l. 33. in f. de adm. & peric. tut.* niſi tutor pauper eſſet, ita ut aſſumptum munus expedire nequiret, niſi ſibi de vitæ neceſſarijs provideretur. *l. 1. §. 6. de tut. & rat. arg. l. 50. §. un. de oper. libert.* Bartol. *de alim. n. pen.* Ex juſta tamen cauſa & ſalarium & alimenta ei conſtitui à judice poſſunt: ut ſi continuè ſit occupatus circa tutelam, (idem juris circa alia munera publica) ita ut proprias res ſuas prorſus deſerere cogatur, per *d. l. pen. ff. de oper. lib.* vel ſi quando neceſſe habet, muneris ſui expediundi cauſa ad diverſa loca proficiſci, quo caſu non tantùm impenſæ victus, ſed etiam vecturæ & aliæ ipſi præſtandæ ſunt. per *d. l. 33. §. f. ibiq.* Gl. & Dd. *de admin. tut. l. 20. §. 9. ff. mandati. l. 2. in f. ff. l. 18. C. de neg. geſt.* Surd. *tit. 1. q. 47. & 61.* Idem procedit in *Advocato,* cui à cliente, qui ejus patrocinium extra provinciam aut civitatem alicubi requirit, etiam ultra ſalarium conventum ad victum & vecturam neceſſaria tàm ipſi quâm famulo ſubminiſtranda ſunt impendia, per *cit. ll.* & Dd. comm. quos vid. apud Fabrum *de alim. d. c. p. 45.* Et ſic nec Civitas & quævis communio ſuis Conſulibus, Decurionibus, Syndicis, & Defenſoribus, dum publica negotia tractant, ad alimenta præſtanda tenetur, niſi in ſubſidium, quando ſcil. facultatibus lapſi tantum in bonis non habent, unde ſe & ſuam familiam exhibere valeant, *text. expr. in l. 8. ff. de decur. & fil. eor. arg. l. 1. C. de privil. eor qui in ſacr. palat.* quod eo minus dubij habet, ſi vel ob munificentiam, itinera, ſervitia patriæ exhibita patrimonium eorum exhauſtum, res familiaris domi negligenda, & per continuos labores & vigilias ipſæ corporis vires debilitatæ ſint, ita ut alimentis conquirendis non amplius

Tutor non niſi pauper à pupillo alitur

Nec regul. Advocatu.

Nec Reſ publ. administratores.

Limit.

F ſufficiant

ſufficiant, per *d. l. 8.* Proinde magnas laudes ap. Politicos exquiſitiores meretur Solonis conſtitutio, quâ, qui in prælijs occubuiſſent, præmijs affici, eorumque liberi è publico ærario educari jubebantur. Ariſtot. *2. Pol. 5.* His Milites quoque adjungendi ſunt, qui, dum pro patria militant, à Rep. alendi ſunt. *l. 31. C. Locati. nemo enim proprijs ſtipendiis militare cogitur 1. ad Corynth. 9. verſ. 7. c. cum ex officii. X. de præſcript.* juncto *cap. militare 23. q. 1.* quod etiam extendunt ad militem cum licentia abſentem. vid. Surd. *d. t. 1. q. 76.*

Milites ex publ. al.

XXIIX

Pauperes & miſerab. ex publico al.

Sic quoque in qualibet civitate & communione *pauperibus, & perſonis miſerabilibus* præter culpam ſuam ad incitas redactis, & ad ſibi proſpiciendum prorſus invalidis pro facultatibus publicorum proventuum *Magiſtratus* vitæ ſubſidia miniſtrare debet. *Nov 85. c. 5.* per *l. 1. §. 3 C. de lat. lib. toll. l. 2. C. de annon. civ. ibiq;* Bart. Alex. huc fac. Carol. Magni *conſtit. cit.* Ioh. à Sande *in deciſ. Friſ. lib. 1. t. 8. def. 4. in f. Perfecta enim juſtitiæ ac pietatis opus eſt, imbellium atq; egenorum inopiam ſublevare, orphanos alere, ſuccurrere iis, qui egent auxilio.* add. Surd. *t. 1. q. 90.* Optimique principis officium eſt, *egenis proſpicere, & dare operam, ut pauperibus alimenta non deſint.* Impp. Valent & Marcian. *in l. 12. C. de S. S. Eccleſ. ibiq;* Gotofr. Atque hoc pietatis officium præterea ratio æquitatis expoſcere videtur; quippe cum Fiſcus eorum bona, qui inteſtatò morientes nullum relinquunt cognatum, lucretur, *l. 4. C. de bon. vacant.* etiam ijs, qui cognatorum & omni alio ſubſidio deſtituti ſunt, jure merito viciſſim ex eo ſubveniri, & talia lucra ad tales pias & neceſſarias cauſas impendi debent. *arg. l. 10. ff. d. R. I. l. 1. ff. de legit. tut. §. un. verſ. plerumq; I. de leg. patr. tut.* Atque in hunc finem hodie in pleriſque Chriſtianorum Rebuſp. tot Hoſpitalia, Noſocomia, Gerontocomia, Xenodochia, Orphanotrophia, Ptochotrophia, Brephotrophia &c. vid. *Rubr. & tit. C. de Ep. & Cleric. & orphanotroph. &c. ibi* Gl laudabiliter ſunt inſtituta, ampliſque plerumq; reditibus dotata. Hanc itaq; pauperum curam omnes imperantes, quibus Reipub. ſuæ ſalus & decus cordi eſt, ſibi quam commendatiſſimam habeant, neceſſe eſt. In diſtributio ne

tione autem eleemoſynarum maxime attendendum eſt, ut ſi non omnibus ſubveniri poſſit, ſuccurratur dignioribus, infirmioribus, propinquioribus *c. non ſatis. Diſt. 86. c. conſideranda. ead. Diſt. c. pervenit. 1. q. 3. Gl. in c. 1. de cohab. Cler.* indigenis potius & civibus, quàm extraneis & forenſibus. *d. l. 2. ibi. civibus noſtris C. de annon. civ.* vid. Surd. *t. 1. q. 93. n. 5. & aliq. ſeqq. ubi* hæc latius declarat. *& quæſt. præced. ubi* pro hac ſententia. Cicer. *1. de Off.* & alios allegat. Porrò Magiſtratus ſedulò providebit, ut indignis, erronibus, mendicis validis talia beneficia non conferantur, ne alias multitudo hominum tenuiorum, otioſorum, contagioſorum in provincia excreſcat; mora enim & multitudo mendicantium, ubique admodum noxia atque Reip. alicui non exiguo dehoneſtamento, imo ſæpe exitio eſt, *cùm tales non ſolùm annonæ caritatem aggravent, bona privatorum diripiant, morbos contagioſos inferant, pauperibus domeſticis victum præripiant, ſed omne etiam ſcelerum genus foveant, nec non ſeditionum ſæpius pernicioſiſſimi ſint authores.* ex Admirat. Danæo Fab. *d. alim. d. c. p. 110.* unde Plato *lib. 11. de Rep.* omnes miſerabilibus precibus ſtipem victumque colligentes penitùs totâ regione exterminari voluit. add Bodin. *lib. 5. de Rep. c. 2.* Schonborn *lib. 3. Polit. c. 15. de mendicantium importunitate.* Prudenter itaque in bene conſtit. Rebuſp. ſtatutum eſt, ut tales indigni extranei validi mendicantes à fruitione Eleemoſynarum prorſus excludantur, *l. un. C. de mendic. val.* publicis operibus citò addicantur, *ne talia inutilia terræ onera ſegnitie ad illicitos actus impellantur,* aut provincia eijciantur. *eleg. text. in Nov. 80. c. 5.* Miſerabiles autem perſonæ *canitie graves & corpore læſi* ad hoſpitalia remittantur *d. Nov. c. 1. l. un. C. d. tit.* Quæ omnia confirmantur. *in Receſſ. imper. Ordin. polit. de anno 1577. Francofurti tit.* von Betlern vnd Muſſiggängern. *in pr. ubi* etiam pœnis arbitrarijs ſubdi jubentur; *his verbis:* vnd ſo darüber ſtarcke Betler befunden/ ſollen dieſelbe vermöge der rechten oder ſonſt gebührlich geſtraffet werden/ andern zum abſcheu vnd exempel/ quô ab ignominioſa mendicitate revocentur; *optimum quippe eleemoſynæ genus eſt, errantes reprehendere,* ut dicitur *in c. tria ſunt diſt. 45.* Circa hæc etiam controverti ſolet, cui onus alendi infantes expoſitos in locis hoſpi-

Quibus Eleemoſynæ dandæ?

Validi mendic. non ferendi.

 talia

A quo alendus infans expoſitus.

talia & Brephotrophia non habentibus incumbat? de qua quæſt. ſingularem deciſ. habet Teſſaur. *118. ubi* quatuor diverſas opiniones recenſet. Veterum plerique eorum educationem Eccleſiæ ejuſque Rectoribus adjudicant, vid. Surd. *tit. 1. q. 81. per text. in Nov. 153. c. 1. verſ. ſancimus.* Verum ego cum Teſſ. *d. d. n. 4. inf.* puto *ibi* per verba *ſub ipſo conſtituta Eccleſia*, omnem, fidelium congregationem tàm laicorum quam Clericorum eſſe intelligendum. Atque tales derelictos non tàm ex Eccleſiæ quàm totius communitatis, quæ talibus derelictis etiam ab inteſtatò ſuccedit, bonis eſſe educandos, verior & receptior videtur eſſe ſententia. Coler. *d. c. 17. n. 43.* Ioh. à Sande *d. tr. l. 1. tit. 8. def. fin.* vid. Chriſtin. *deciſ. Belg. 143. n. 13. vol. 3.* Sic etiam partus mulieris ultimo ſupplicio conſumptæ, ſi aliunde non ſuppetat, expenſis publicis ſuſtentandus eſt. ex Baldo & Boërio Surdus *d. q. 81. inf.*

XXIX.

Hactenus de perſonis ex legis diſpoſitione citra factum aliquod hominis ad alimenta alijs ſuppeditanda obſtrictis dicta ſufficiant. Nunc quomodo *ex conventione & facto ſuo* quis alteri ad alimenta obligetur, enucleandum inſtat; horum enim cum prorſus diverſa ſit ratio, ſic pariter perſecutio & alia multa diverſa ſunt: Verùm enim verò cùm hæc videantur minùs intricata, atque de ijs effectibus, inquibus notanter differunt, infra, *ubi de privilegiis & petitione alimentorum* agetur, opportunior forte fuerit tractandi locus, hìc jam verbo ſaltem ea attingentur. Perſonæ autem quæ ſe *per contractum* aliquem alteri ad alimenta obſtringere queunt, certâ definitione enumerari nec poſſunt, nec ut id fiat, opus eſt, cum omnes ij, qui aliàs ad contrahendum, ſuaque validè alienandum habiles ſunt, neque ab alimentorum obligatione & datione ſint repellendi. De alimentis porrò contrahere licere, tàm manifeſtum eſſe arbitror, ut propterea quicquam verborum commutandum non putem, cùm illam inexpugnabilem neceſſitatem, quæ contractibus inveniendis & uſurpandis cauſam dedit *§. 2. I. de I. N. G. & C. l. 4. & ſeqq. ff. I. & I.* in ijs præcipuè advertamus. per *l. 234 §. f. ff. de V. S.* ut tradit Coler. *d. l. 1. c. 13. n. 14* Sic

De alim. præſt. quivis rectè contrahit.

itaque

itaque obſtringere nos alteri poſſumus ad alimenta præſtanda vel *per contractus Nominatos*, per Stipulationem *l. 60. §. 3. ff. mandati.* Emptionem venditionem *l. 14. §. 1. C. de SS. Eccl* nec enim hic contractus, modò non plane enormis ſit inæqualitas redituum & pretij, uſurarius æſtimandus, ſed propter incertitudinem vitæ regulariter ſuſtinendus eſt, per *text. in l. 12. ibiq.* Cynus *C. de inoff. Teſt.* junctâ *l. 1. de condit. & dem.* Boër. *deciſ. 44. n. 27.* Sic etiam ex Mandato *l. 10. §. 9. mandat.* Depoſito ac Pignore *l. 8. pr. de pign. act. l. 23. ff. l. 11. C. depoſit.* ex Societate, per *l. 65. §. f. & l. ſeq. l. 81. ff. pro ſocio* Locat. conductione *l. 26. §. 12. ibi.* Bart. *de condict. indeb.* jung. Coler. *d. c. 13. n. 37.* Commodato *l. 18. §. poſſunt ff. commodati.* Rectè quoque de his contrahendi facultas extenditur *ad contractus innominatos* permutationem ſcil. & alios, Pontan. *c. 16. n. 3. arg. §. 2. I. de empt. vend.* Porrò obligamur etiam ad alimenta alijs danda *ex quaſi contractu*: Tutelæ impoſitione & ſuſceptione *l. f. ff. ubi pupill. educ. deb. l. 1. §. 2. 4. & ſeq. ff. de tut. & rat. diſt. t. t. C. alim. pupill. præſt.* junctâ *§. 9. I. de ſuſpect. tut.* Nec minus frequenter *ex Donatione l. 9. pr. l. 31. §. 2. de don.* Verùm circa hæc notari oportet, quod non ſemper in ejuſmodi conventionibus directò & principaliter, ſed in pleriſque ſecundariò & incidenter de alimentis præſtandis agatur, ut docet & latiùs explicat Coler. *d. c. 13. n. 2. & aliq. ſeqq.* Obligatur præterea quis aliquando ad alendum alterum *ex delicto* ſcil. quem vulneravit, & inhabilem ad alimenta ſibi ſuiſque quærenda ſ. dolo ſ. culpa reddidit, *l. 27. §. 17. ff. ad l. Aquil.* quo etiam omnes impenſæ in curationē factæ pertinent *l. 13. & f. d. t.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 9. n. 50.* quod tamen Dn. Carpzov. procedere negat, ſi criminaliter ad corporis afflictivam adverſus vulneratorem expertus quis fuerit *d. tr. p. 4. c. 42. def. 14. & c. 10. d. 4. n. 1.* ſed vid. *inf. th. 42.* His nunc quoq; ſubjungendū eſſet, quomodo & quam variè per ultimam voluntatem alicui alimenta debeantur; verùm cum de his alibì præſertim ad *tit. de alim. & cib. legat.* ex profeſſo agatur, & ne nimiùm diſſertatio excreſcat, hàc tractatione ſuperſedere me poſſe arbitratus ſum: addam tamen infra, *ubi de privilegiis alimentorum*, ea quæ in his ſingu-

Non ſemper directò ſed ſæp. incidenter de al. contrah.

Ex delicto quando quis ad al. obligetur.

De alim. ex ult. volunt. debitis remiſſ.

laria ac notatu digna occurrent. vid. *de his* Pont. *tot. cap.17.* Fabr. *d. al. d. c. p. 112. in f. & c. 4. verſ. 1. p. 127. in f.* Surd. *1'9. q. 4. & ſeqq.*

XXX.

Iudici ordin. & Aſſeſ. alim. non deb. à part.

Adhuc tamen reſtat, de ijs breviter videre, qui *ratione litis in iudicio* inſtitutæ alteri ad alimentorum & litis impenſas teneantur. Conſtat autem, *Iudicibus ordinariis & aſſeſſoribus*, cùm illi ex publico ſalaria accipiant, *l. f. C. ad l. Iul. Repetund. eleg. text. in N. 17. c. 1. l. 4. l. f. ff. de aſſeſ.* & ne videantur juſtitiam venalem habere, *cap. non licet. 11. q. 3. c. cum ab omni. X. de vit. & hon. cler.* Gail. *1. obſerv. 151. n. 8. & ſeq.* nil quicquam à litigantibus dari debere. *Auth. Novo iure C. de pœna ind. qui male iudic. alienum enim iurgium non debet eſſe præda iudicum d. l. f. C. de Repet.* ita ut nequidem hodie ijs eſculenta & potulenta accipere liceat, *arg. l. 18. C. de curſ. publ. l. 2. C. de lucr. advoc. l. 5. C. de metat. lib. 12.* quam ſent. magis communem dicit Schneidevv. *ad I. in §. Tripli n. 4 de act.* imò nec tùm, quando extra domicilium & juriſdictionis ſuæ ſitum ipſis officij causâ abeundum eſt, quicquam pro ſumptibus itineris, victus aut vecturæ à partibus exigere poſſunt, *expr. text. in d. Nov. 17. c. 9. c. 10. X. de vit. & hon. cler. ibiq;* Abbas, & alij Dd. Surdus *d. t. q. 79. n. 7. & ſeq.*

In iudice delegato diſt.

Aliter quodammodo hæc ſeſe habent *in iudice delegato*: diſtingui circa hunc autem oportet, an ad univerſitatem cauſarum delegatus, vel in toto aliquo territorio juriſdictio alicui demandata ſit; & cum talis pro ordinario habeatur, Gl. *in c. cum cauſam. 62. verbo delegatus. in f. X. de appell.* ei nec victus, nec aliæ impenſæ officij ratione factæ à partibus ſubminiſtrari debent, per *c. 11. X. de off. ind. ord. d. c. 1. Nov. 17.* Mynſing. *2. obſerv. 75.* verùm de his ipſe ordinarius ei providere tenetur, ex Specul. & Abb. Surdus *d. q. n. 2. & 3.*

Ad ſingul. cauſ. delegato ſumptus ſupped. partes

Quando verò ad ſingularem cauſam aut actum delegatus eſt, eumque extra domicilium propterea proficiſci oportet, alimenta & aliæ impenſæ ob id factæ ipſi à partibus ſuppeditari debent, *c. 11. §. inſuper. de Reſcript. in 6. ibiq;* Gl. Gail. *d. obſerv. 151. n. 10.* Coler. *d. c. 4. n. 8. & aliq. ſeqq.* Et quidem quando actus reſpicit utilitatem communem, etiamſi ab altera tantum impetratus, ab utraque parte ſumptus iſti retribui debent; ſi verò in alterius tantum utilitatem vergit, impetrans

illos

illos ſolus expendit. per *text. in c. 2. & ibi Gl. de iudic. in 6.* Surd. *q. 79. n. 5.* Si tamen altera pars premarur inopiâ, ſublevetur à judice, qui id ſupplet, nec ob id gravanda pars adverſa, ſecundum Gl. *in d. §. inſuper. de Reſcr. in 6.* Surdus *d. l. n. 6.* Coler. *d. c. 13. n. 9. & ſeqq.* add. Boër. *deciſ. 325. n. 1.* In hac autem diſquiſitione quinam lite adhuc pendente expenſas tales in perſonas facere teneantur, probè diſt. eſſe inter has expenſas erogandas, & jam dudum erogatas, poſt litem finitam victori regulariter reſtituendas, de quibus *in l. 13. §. 6. C. de iudic. l. 4. C. de fruct. & lit. exp. ſ.* rectè monet Coler. *d. c. n. 2.* Parti inopi ſubveniendum ex publico.

XXXI.

De arbitris quoque idem ferè juris eſt; quibus, ne officium ipſis detrimento fiat contra *l. 7. ff. quemadmodum teſt. ap* modò nullam mercedem ob id accipiant, alimenta, alijque itineris ſumptus à partibus reſtituendi ſunt. Bart. *in l. f. C. de princip. agent. in reb.* Coler. *d. l. n. 14.* *Advocatis & procuratoribus* quando præter ipſorum ſalaria victus quoque & alia impendia præſtanda ſint *in th. 27.* notare anticipavi. Supereſt autem, ut *de Teſtibus* quoque addatur: quibus, *ne iacturam & difficultates pro alieno commodo ſentire neceſſe habeant l. pen. C. de teſtib* & victus & aliæ impenſæ quas, aliorum gratiâ *vel veniendo, vel ſtando, vel redeundo faciunt* producens regulariter ſuppeditat *l. 3. §. 4. l. 21. ff. l. 11. C. de Teſtibus ibiq.* Gl. *l. 11. §. 1. ff. ad exhib. l. 6. §. 2. C. de appellat. c. 2. ibiq.* Gl. *in verb producentis. de iudic. in 6. d. c. 11. §. proferendo de Reſcript. in 6. c. ſi teſtes §. venturis 4. q. 3.* v. *inf. th. 42. verſ. deinde.* non conſideratô eô, quòd pro utraq; parte teneantur veritatem dicere, quia id fit præter intentionem producentis, *arg. l. 1. pr. ff. de auth. tut.* Rol. à Valle *conſil. 41. n. 17. vol. 4.* quòd verò ſi ab utraque parte teſtes principaliter producantur, utriuſque etiam ſumptu id fieri oportet, *arg. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. l. 39. fam. Erciſc.* Bald. *in l. 6. §. 1. n. pen. C. de app.* quòd verò ſi litigator teſtes nominans adeò inops ſit, ut tales ſumptus teſti dare nequeat, nec hic ſuis ſumptibus judicem adire velit, ut ex publico ipſi ſuccurratur, æquitas poſtulat. *arg. c. 3. d. Nov. 17. c. aurum. 12. q. 2. & c. ſicut X. de Exceſſ. prælat. conſtit. crim. Car. V. 176. in f.* ita tamen ut quàm primùm ſolvendo eſſe incipiat, fiſco illos refundat.

Arbitri in ar deleg. cauſ. ſin. alendi.

Teſti, à producente alim. & alii ſumptus præſt.

Quandoq; ex publico.

refundat. Rol. à Valle *vol. 2. conſil. 87. n. 42. cum ſeqq. & n. pen.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 20. n. pen. & f.* Speckhan *q. 35. n. 1. & 4. cent. 1.* Matth. Coler. *de proceſſ. exec. p. 1. c. 2. n. 118. & ſeqq.* quos ſequitur Martin Coler. *d. c. 14. n. 27. & ſeqq. ubi* plura de æſtimatione horum ſumptuum legi poſſunt: atq; idipſum multo magis obtinet, quando per inquiſitionẽ in cauſa criminali proceditur per *l. 6. ff. de captiv.* impendia autem non niſi neceſſaria, arbitrio judicis ſecundum qualitatem perſonæ æſtimanda, teſti ſolvenda ſunt, ſecundum *conſtit. crim. car. Vti 75. (ubi* teſti humiliori non minus, quam 8. numi cruciati,) *ibi in f.* Aber mit andern und mehrern Perſonen ſol es derhalben nach erkändtnüß der kundſchafft verhörer gehalten werden; nec hic deducendi ſunt ſumptus, quos alias in victum ſuum domi inſumſiſſet per *d. c. 11. §. proferendo, & §. inſuper ibiq;* Gl. *de Reſcr. in 6.* Gail. *1. obſerv. 99. n. 2. & ſeqq.* & *n. 8.* æquiſſimum eſſe dicit, ut præter has expenſas etiam operarum intermiſſarum ratio habeatur. Verùm ea, quæ in itinere à latronibus teſti ablata ſunt, â producente de rigore juris recuperare non poterit, per *l. 26. §. 6. mandati* hoc tamen jus rigeroſum ex curialitate, ut loquitur Accurſius, h. e. à bono & honeſto viro non obſervatur, Gotofr. *ad d. l. 26. §. 6. mand. lit. G. juſtiſſime enim teſtis allegat, ſe non fuiſſe id damnum paſſurum*, ſi illud iter non ſuſcepiſſet *l. 61. §. 5. de furtis: nec officium, quod alius non ſui commodi causâ ſuſcepiſſet, damnoſum ei eſſe debet d. l. §. 5. arg. l. 52. §. 4. ff. pro ſocio* Schotan. *in exam. jurid. ad d. t. mandati p. 425.*

Sumptus teſtib. ſuppedit. quomodo æſtim.

XXXII.

Quando ipſi *litigantes ſibi invicem* alimenta litiſque ſumptus præſtare teneantur, paucis nunc quoque annectendum. Quamvis enim regulariter id non obtineat, cum nimis grave eſſe videatur, ſiquis de propria domo adverſario contra ſe arma ſuppeditare compellatur *l. 6. C. de teſtib. l. 1. l. 4. C. de Edendo. c. 1. X. de probat.* in multis tamen caſibus, quo minùs jus inopiâ laborantium ex impotentia litigandi depereat, ut reus, vel etiam actor alimenta & ſumptus litis eâ pendente ſubminiſtret, æquiſſimè conſtitutum eſt: quòd facere tenetur *Reus conventus*, quando is bona, de quibus lis eſt inſtituta, poſſidet, atque pro

Quando Reus alim. & lit. expenſ. pend. lite confe-rat actori. (1)

actore

actore penitùs inope urgentior præſumptio militet, per *text. in l. 27. §. 3. ff. de inoff. Teſt. arg. l. pen. ut in poſſ. leg. l. 1. §. 11. de ventr. in poſſ. mitt.* Tuſchus *concluſ. 369. n. 20. & ſeqq. & n. 27.* Cravett. *conſ. 164.* Hartm. Piſtor. *q. 20 n. 4.* Mynſing. *cent. 6. obſerv. 21. n. 1.* Surd. *q. 119. per tot. & ſeqq.* Rebuff. *de ſent. proviſion. in præfat. n. 117.* Quæ autem præſumptio ad id ſufficiat, quomodoq; ea probari debeat, vid. apud Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 35. et conſil. 491. n. 31.* Covarruv. Molin. Kirchov. Didac. Ægid. Boſſ. & alios, quos citat. Coler. *d. c. 14. n. 40 et ſeq. et* H. Piſt. *d. l.* Atque hæc alimentorum proviſio non tantum pendente appellatione, ſed etiam in prima inſtantia & uſque ad finem litis facienda eſt. Rebuff. *d. tr. art. 1. Gl. 2. n. 5. et 6.* Pontan. *c. 13. n. 7.* Tulden. *in Cod. de alen. lib. n. 8.* non tamen niſi in cauſa principali, incidentium enim nulla habetur ratio, Bart. *ad §. 3. l. 27. de inoff. T.* Fab. *d. l. p. 13. inſ.* Nec tales ſumptus, quamvis is, cui ſuppeditati ſunt, in cauſa ſuccubuerit, refundi debent, niſi per calumniam eos impetraſſet. per *l. 1. §. 7. et 2. ſi mul. vent. nom. in poſſ. calumn. cauſ. l. 5. §. 3. de Carbon.* ex Afflict. Boër. Molin. Menoch. *d. q. 35. n. 36. et ſeq.* Nequidem cautionem ab eo judex exiget, niſi fraudem ſubeſſe juſte ſuſpicatus fuerit, idem *d. l. n. pen.* add. Boër. *deciſ. 324.* Porrò quoque proviſio talis regulariter fieri (2)
debet, quando principaliter de ipſis alimentis præſtandis agitur. Gl. *in l. 5. §. 8. verbo, non decernent. h.* H. Piſtor. *d. q. 20. n. 5.* Chriſten. *dec. Belg. d. 143. n. 19. 20. et ſ. ubi* pl. alleg. etiamſi de (3)
præteritis quæſtio ſit. Rebuff. *d. l. Gl. 2. n. 32.* Sic in caſu, quando proponitur actio quædam præjudicialis, cujus conſequens ſaltem eſt alimentorum præſtatio, modo leviter intentio & egeſtas agentis tunc probetur, etiam lite pendente talia ab adverſario impendia ſubminiſtrari actori debent per *l. f. ff. pro derelicto l. 7. ff. h.* jung. *th. 11. circa med.* Coler. *d. c. 14. n. 82. In ſpecie* autem perſonis ſequentibus ejuſmodi litis impenſæ maximè conferendæ ſunt: *Filio* aut *Agnato* actionem præjudicialem intentantibus. *Liberis* contra poſſeſſorem paternæ aut avitæ hæreditatis agentibus, qui caſus eſt, *d. l. 27. §. 3. de inoff.* circa quod notandum, quod par juris etiam Emancipatis & per ſubſequens matrim. legitimatis, non verò Adoptivis com-

Quibus perſonis ſpecial. & regul. ita provideatur.

 petat

petat. Surd. *q. 114.* idem quoque ſi poſſeſſorio agant, procedit. Rebuff. *in d. præfat. ſent. proviſ. n. 25. & 28. & Gl. 2. n. 7. 10. & 13.* Eodem modo providetur *patri*, cum de filij hæreditate vel alimentis ſibi dandis litigat. Rebuff. *d. Gl. 2. n. 9.* Surdus *d. t. 1. q. 110. n. 27.* Sic etiam *Fratri* aut *Sorori* à fratre talia victus, & litis impendia conferenda ſunt, quando ſcil. vel judicio communi dividundo, aut Fam. Erciſcundæ, aut etiam ad alimenta tantum, aut ad dotem ſoror agat. Pontan. *d. c. 13. n. 1. in f.* Surdus *q. 116. per tot. & ſeq. inf.* Menoch. *d. q. 35. n. 17.* Locum id etiam habet *in uxore*, quæ litigat contra maritum ſ. matrimonium accuſet, (ut ſi, quod intra triennium non fuerit cognita, ad repudium agat) ſ. ob ſævitiam viri aufugerit, quamvis adhuc incertum eſſet, an receſſus juſtus vel injuſtus fuerit: ſ. ipſa à marito accuſetur, Pontan. *d. c. n. 2.* Surdus. *q. 118. per tot.* Tuſchus *d. tom. 1. lit. A. concluſ. 309. n. 1. & ſeqq.* quibus caſibus omnibus & alimentis & litis expenſis à viro inſtrui debet, modò pro ea ſtet aliqua juſta præſumptio. Menoch. *d. l. n. 18. & de arbitr. caſ. 139. n. 5.* Scheplitz *ad conſuet. Brandenb. p. 1. t. 2. §. 7. n. 9.* jung. *th. 18. in. f.* idem obtinet, quando *Vidua* ab hæredibus mariti, vel etiam ab hoc vivo uxor ob cauſas legibus approbatas dotem repetat. Mynſing. *cent. 6. obſerv. 21.* Matth. de Afflict. *deciſ. 199.* Surdus *d. q. n. 10. & ſeqq.* jung. *th. 22.* Sic *Monachus* alendus eſt ab Abbate & Monaſterio, quamdiu is cum Prælato aut conventu ſuo juſta de cauſa litigat, maximè quando & quamdiu pendet quæſtio, an ſit Monachus; modò tunc in q. poſſ. Religionis ſit, *text. in c. 11. X. de accuſ.* Gl. *ad d. §. 3. l. 27. de inoff.* Bart. *de alim. n. 43.* Surd *q. 121.* Menoch. *d. l. n. 21.* Idem extendunt *ad vaſallum* contra dominum litigantem. Boër. *in deciſ. 303. n. 9.* Menoch. *d. l. n. 22.* Sic etiam ei, *cuius bona omnia ſunt ſequeſtrata*, ex ijs bonis alimenta & litis expenſæ decernendæ ſunt. per *l. f. C. de ord. cognit.* Bart. *de alim. n. 44.* Surd. *q. 123. Men. d. l. n. 23.*

XXXIII.

Quandoque *Reo ſ. Accuſato* alimenta quoque ſuppeditanda ſunt, maximè ſi ille ob crimen aliquod aut debitum civile carceri injectus ſit. Qui itaque debitorem ſuum obæratum ſ. aliam ob cauſam jure approbatam, (de quibus vid. Matth.

Coler.

Coler. *p. 1. de proceſſib. Execut* VVurmſer. *pr. obſerv. tit. 28. obſerv. 8.* Gail *1. obſerv. 28. n. 1.*) incarcerari fecit, ſi tanta ſit captivi inopia, ut de ſuo ſe alere nequeat, ne fame in carcere contabeſcat. *arg. l. 3. C. de ep. aud.* modicum cibum & potum ei ſubminiſtrare debet. Gl. *in l. 17. C. de Erog. mil. ann. & in l. 34. de Re ind.* quam Dd. comm. ſequuntur. *pl. alleg.* Colero *d. c. 14. n. 67.* quod in tantum obtinet, ut ſi debitori incarcerato creditor alimenta non ſuppeditet, judex, niſi ipſe eum alere malit, poſſit & debeat eum relaxare. VVurmſer. *Miſcel. pr. obſerv. 8.* per *Gl. in §. f. I. de act.* idem extendunt ad *Arreſtatum*, Matth. Coler. *p. 2. proceſſ. Exec. c. 2. n. 87. & ſeq. quem ſeq.* Mart. Coler. *d. c. 14. n. 70.* Notandum autem eſt, quod quorundam locorum conſuetudine ſit introductum, ut in carcerem maximè ob pecuniariũ debitum injecti non creditoris ſui ſumptu, ſed ex eleemoſynis tranſeuntiũ vivere cogantur; ut in Electoratu Saxon. Pragæ, Noribergæ & pluribus alijs civitatibus uſu obtinere, ſcribit Dn. Carpz. *d. tr. p. 2. c. 22. d. 22. Ob delictum incarceratus*, ſi proprijs vivere nequeat, itidem ab accuſatore & alimenta & litis expenſas accipit. VVeſenb. *ad tit. de poſtul. in f. n. 3.* Peck. *de I. ſiſtendi c. 42. n. 5.* Cui oneri ferendo, ſi accuſator impar ſit, item ſi ex inquiſitione contra reum ita procedatur, ad judicem hoc onus devolvitur, qui incarcerato egenti talia impendia neceſſaria ex publico ſubminiſtrare tenetur, per *l. 9. C. de Epiſc. aud. ibiq.* Gotofr. & alij *l. 1. inf. C. de cuſtod. reor. & in conſtit. crim. Car. Vti 176.* von verſorgung der Perſonen *ibi inf.* wo nun der Anfläger ſolchen koſten auch nicht vermöcht / ſol die Obrigkeit ſolchen tragen ꝛc. ut & *in art. 204. ubi* conſtituitur, quod reo de crimine capitali convicto aut confeſſo non ultra 7. cruciatos, (ſeptendecim groſſos argenteos cum dimidio per ſingul. ſeptim. Coler. *d. c. 14. n. 85.*) per diem & noctem accuſator dare teneatur. confer. Boër. *deciſ. 303. n. 2. & deciſ. 325.* Hegi. *p. 2. quæſt. c. 23.* Surd. *d. t. 1. q. fin.*

Debitor incarceratus à creditore al.

Niſi diverſa conſuetudo

Ob delictum incarceratus ſi inops, ab accuſatore

Aut ex publico in ſubſidium alendus

XXXIV.

Hic poſt incarceratorum alimenta attingendum quoque erit de alimentis eorum, qui carceris evitandi cauſa bonis ſuis ceſſerunt, obtineat. Conſtat autem, quod creditores inviti debitori bonis cedenti nihil quicquam præter veſtem, quâ indutus

Bonis cedenti regul. nec alim. relinq.

 eſt,

eſt, viliorem & quotidianam, per *l.6. ff. de bon. damnat.* ne quidem tantum, ut tenuiter tuendæ vitæ ſufficeret, relinquere teneantur, *l.6. ibi, ſi quid miſericordiæ ibiq.* Gl. *l. 4. l. pen. ff. de ceſſ. bon. l.1. C. eod.* Coler. *de proceſſ. execut. p. 2. c.3. n.116.* VVeſenb. *ad d. t. de ceſſ. bon. n.4. ibiq.* Bachov. & Cl. Dn. Præſes. *Ad eundem t.* Zoëſ. *n. 13. & ſeq.* Eximuntur tamen ab iſta regula nonnulli ob ſpeciale *privilegium*, quòd vocant *competentiæ*, ſibi conceſſum. Illud autem habent Parentes, Liberi, Socer, Gener, Conjux, Patronus, Frater, Socius, Donator & ſimiles debitores, quibus vel ob ſanguinis vinculum & affectionem, aut reverentiam hoc debetur, ne eos planè denudemus, *l. 16. cum ſeqq. l. 30. l. 49. cum ſeq. ff. de re iudic. §. 36. 37. 38. l. d. act. l. 14. §. un. ff. ſol. matrim.* Quibus etiam rectè annumerantur Milites, Nobiles, Barones, Comites, & aliæ perſonæ illuſtres, per *l. 6. l. 18. de Re iudic.* VVeſenb. *p.1. Conſil. 50. n.17.* Carpzov. *d. tr. p. 1. c.32. def. 15.* Sed nec tantum armatæ verum etiam Togatæ, ut & cœleſti militiæ addicti, eo gaudent privilegio: quales ſunt Profeſſores, Doctores non tantum juris, ſed etiam aliarum facultatum, Magiſtri, Studioſi, Sacerdotes, Advocati per *c. Odoardus 3. ibiq.* Gl. & Panormitan. *X. de ſolut.* & *c.16. X. de reſtit. ſpol. Gl. in d. l. 18. de Re iud.* junctâ *l.14. pr. C. de advoc. diverſ. iudicior. & Auth. Habita C. ne fil. pro patre* Matth. Coler. *d.l. n. 119.* Carpzov. *d. c.32. def. 18.* In condemnatione itaque harum perſonarum, quæ in id quod facere poſſunt condemnantur, denegatur executio pro debito quantumvis liquido in ſolidum, ijſque ſemper tantùm relinquendum eſt, ut inde ſe honeſte h.e. pro ſtatus ſui conditione ſuſtentare valeant, nec aliter pignorum captio & executio locum in ijs habet, niſi priùs de bonis illorum tantum deducatur, quantum ipſis ſufficit, ne egeant. per *l.173. pr. de R. I.* Bart. Iaſon. cit. Matth. Coler. *d. l.* VVeſenb. *in addit. ad Schneidevv. de milit. Teſt. n. 6.* & latiùs *in d. conſil.* Nec tantum ipſis memoratis perſonis verum etiam eorum liberis & familiæ illud deductionis privilegium indultum meritò cenſetur, quippe cum ſine ijs vivere cum honeſtate debitor non poſſit. *arg. l. 2. de uſ. & habit. l. 5. §. 12. & 20. h. t.* junctâ *l.8. §. pen. quod met. cauſ.* Carpzov. *contra* Coler. *d. l. def.7.* Cùm etiam, quando parentis bona

Except. certis perſonis quæ privileg. competent habent.

Quod privileg. extend. ad liberos

bona ob debita fiſco ſ. ob delictum ab eo commiſſum confiſcantur, alimenta filijs ex ijs relinquenda eſſe, Dd. comm. ſtatuant. *arg. l. 3. §. 4. ff. de minor. l. fin. de bon. damnat.* Surdus *tit. 1. q. 31.* Sic denique etiam ei, qui poſtquam bonis ceſſit, ad pinguiorem fortunam pervenit, poſteriora bona non omnia adimenda, ſed tantum relinquendum eſt, ne egeat, *§. fin. I. de act. l. 4. ff. de ceſſ. bon.* Mart. Coler. *d. c. 14. n. 78.*

XXXV.

Hactenus de perſonis, quibus & à quibus & quo jure alimenta præſtanda ſint, ſufficienter pro ratione inſtituti actum arbitror. Proximum itaque nunc erit, ut *qualia alimenta decernenda, & quomodo æſtimanda ſint*, paucis ſubjungatur. Verum enim verò cùm de alimentorum æſtimandorum præſtandorumque modo in legibus noſtris nihil certi definitum ſit, nec fortè ob diverſam perſonarum aliarumque variantium circumſtantiarum qualitates certius quid de eo definiri potuit, *arg. 2. F. 23.* neceſſariò hæc arbitrio & prudentiæ judicis determinanda relinquuntur: qui hæc ita moderabitur, *ut alimenta nec nimis indulgenter aut obſequiosè, nec nimis ſtrictè aut anguſtè; ſed ad ſufficientiam conſtituantur*, per *l. 15. §. ſufficienter. ff. de uſufr. l. 30. ubi* Zaſ. *n. 3. ff. de re iudic.* Coler. *lib. 2. c. 2. n. 1. in f.* Quomodó autem judex arbitrium ſuum moderari, quidque potiſſimùm in alimentorum taxatione reſpicere debeat, hic imprimis notandum erit. Præcipua, quæ alimenta certa conſtituturo conſideranda veniunt, videntur eſſe: *Alimentatoris facultates, Alimentarii inopia, Dignitas, (ætas, mores, conditio.) Alimentationis Cauſa, Conſuetudo tum regionis, tum etiam promiſſoris, & alimenta debentis. &c.* Itaque ut *ſemper probabilis in alimentis præſtandis ſervetur modus*, *l. 7. §. 13. ff. ad SCt. Maced.* judicis partes præcipuæ erunt, ut ſollicitè ſtatim in quantitatem bonorum, & redituum inquirat ejus, qui ad alimenta danda obligatus eſt, pro modo etenim & menſura patrimonij hæc ſuppeditari debere, manifeſti juris eſt, *l. pen. pr. de alim. leg. l. 5. §. 10. 19. 25. ff. h.* qui & ſimiles pl. textus nihil aliud volunt, quàm ut à debitore tenui tenuia, à divite lautiora, à mediocri mediocria alimenta ſolvi debeant. B. Enenkel. *d. privileg. 7. c. 4. n. 8. Diminuentur*

Alimenta quomodo à judice æſtimanda

(1) inſpic. quantitas bonorum oblig.

antur itaq; & augebuntur tales impenſa ſecundum diminutionem & auctionem patrimonii obligati. text. in l. 3. §. f. ubi pupill. educ. ibiq; Gotofr. & conſequenter obligatio ad alendum evaneſcet, ſi debitor vix tantum in bonis habeat, unde ſe ipſum tum ſimul etiam eos, quibus reſpectu petentis magis obſtrictus eſt, ſuſtentare valeat. per *d. l. 5. §. f. ibiq; Gl. & l. pen. h. t. l. 2. C. eod.* junctâ *l. 6. ff. de dolo*, neque ſe in ſuis alimentis & expenſis arctare tenetur, ut alium alat, cùm non in plus, quàm facere poſſit teneatur. *d. l. 5. §. f. l. 1. C. eod.* Natta *conſil. 387. n. 8.* omniſque ordinata charitas à ſe ipſo incipiat *l. 6. C. de ſervit.* Teſſaur. *deciſ. 211. n. pen. & f.* Surd. *tit. 7. q. 8. per tot.* quod præjudicio firmat Ioh. à Sande *in deciſ. Friſ. d. t. 8. def. 2. inf.* Præterea quoque priùs omne æs alienum *l. 3. §. 2. C. comm. de leg. l. 19. §. un. de re iudic. arg. l. 69. ff. ad l. Falcid.* ut & liberorum legitima deducenda eſt, cùm hæc abſque omni gravamine & onere ijs debeatur. *Auth. Noviſſ. inf. & l. 32. C. de inoff. Teſt.* quàm alimentorum ineatur ratio. ex Barbat. Alexand. Ruin. Rol. à Valle *conſil. 22. n. 19. & ſeq. vol. 1.* VVeſenb. *d. conſil. 50. n. 29. lib. 1.* Nec in computationem alimentorum extraneis præſtandorum veniunt Emphiteutica & Feudalia bona. *ſecundum commun. Dd. opinionem.* Alex. *conſil. 100. n. 6. inf. lib. 1.* per ea quæ habet Coler. *d. c. 2. n. 34.* Ex cæteris bonis hâc moderatione alimenta decernentur, ne tales expenſæ bonorum fructus & reditus excedant, & alimentatori opus ſit, ipſa prædia & ſubſtantiam ſuam diſtrahere; imò ſi fieri poteſt, ne quidem omnes reditus ita abſorbeantur, videndum erit, *non enim cumulus patrimonii, ſed quod exhibitioni frugaliter ſufficit, dabitur. text. in l. 3. §. f. ff. ubi pupill. educ.* Schneidevv. *ad §. 1. n. 7. & 8. I. de ſuſpect. tut.* Barbat *conſil. 63.* Pro regula quippe in his obſervandum eſt, quòd alimenta ſ. ex legis. ſ. ex hominis ultima diſpoſitione debita non ampliora decernenda ſint, quàm hæreditatis fructus patiuntur, ita ut ſemper ſalva maneat proprietas, *l. 50. ibi ex acceſſionibus hæredit. ubi* Bart & alij. *ff. ad SCt. Trebell.* Menoch. *de arbitr. c. 169. n. 3.* & *c. 183. n. 26. lib. 2.* & *conſil. 62. n. 5. & 6.* Tuſchus *concl. 283. & ſeqq. duabus per tot. tom. 1.* quapropter ſi hæreditas valdè pretioſa, parum autem fructuoſa ſit, ut ſi ſplendida magnique valoris ædificia in ea reperiantur,

Ex quib. bon. alim. præſt.

Non ex propriet. ſed ex fructib. al. præſt. & æſtim.

ſed

ſed quæ viliſſimos annuos reditus ferant, alimentorum æſtimatio non ſecundum proprietatis pretium, ſed ex reditibus facienda eſt, neque ut ædificia vendat, cogendus debitor. Garz. *de expenſ. c. 4. n. 18.* Bart. *de alim. n. f.* Rol. à Valle. *d. conſil. 22. n. 21.* Coler. *d. l. n. 35.* Intelligenda autem d. concluſio de alimentis titulo lucrativo debitis, ſecus eſt, ſi oneroſo competant titulo: in his enim ut petenti ſatisfiat, ſi fructus non ſufficiunt, ipſa proprietas quoque vendenda eſt. Alexand. *in l. 12. ff. ſol. matr. & conſil. 72. n. 7.* Chriſtin. *dec. d. 143. n. 12.* Hoc etiam obtinet, ſi quis Aſcendentium aut Deſcendentium alendus ſit, nec ad id fructus bonorum ſufficientia ſint, per *l. 5. pr. inf. ff. de pet. her. l. f. §. 5. ibiq.* Bald. *C. de bon. quæ lib.* Natta *conſil. 48. n. 9.* Merkelbach. *in conſil. 129. n. 78. vol. 3. ap. Klockium* vid. *th. 24.* & plures exceptos caſus ap. Coler. *d. c. 2. n. 42. & ſeqq.* & ap. Surd. *t. 4. q. 9.* Pontan. *c. 17. n. 26.* Circa hæc denique notandum, quod hæc alimentorum taxatio non aliter inſtitui debeat, niſi citatâ parte adverſâ præviâque cauſæ cognitione, quod ſi non utrumque præceſſerit, licet judici ab ipſo teſtatore declaratio eſſet commiſſa, id quod actum, irritum eſt. *arg. l. 8. §. 17. ff. de Tranſact.* junctâ *l. f. C. de author. præſt. c. 29. de R. I. in 6.* Tuſchus *concluſ. 298. per tot.* jung. Coler. *lib. 3. c. 2.*

1. Limit.

2. Limit.

XXXVI.

Deinde in alimentorum taxatione ratio quoque haberi debet *dignitatis & conditionis* ejus, cui alimenta conſtituenda ſunt, Aſcan. Clem. *de patr. pot. c. pen. effect. 17. n. 39. & ſeq.* modum enim alimentis non cumulus patrimonij, ſed quantum frugali, h. e. pro ratione vitæ & ſtatus competenti exhibitioni ſufficit, dabit. *l. 2. §. 1. l. 3. §. 3. ubi pupill. educ. l. pen. & f. C. h. l. 5. §. 5. 7. 19. 10. & pen. h. l. 15. §. 2. de uſufr. l. pen. de alim. leg. l. 13. pr. de admin. tut. l. 12. §. 5. de relig. & ſumpt. l. 1. §. 19. de ventr. in poſſ. mitt. l. 19. §. 1. C. de Hæret. l. 99. pr. de leg. 3. c. Grandi. de ſuppl. negl. prælat. in 6.* neceſſaria enim ea quoque cenſenda ſunt, quæ ad alumni dignitatem ſpectant. per *cit. text. & l. 14. ff. de ann. leg. ibiq.* Dd. Tiraquell. *de Nobilit. c. 20. n. 143.* Hinc longè diverſimodè perſona nobilis & honorata ac ruſticus, ſervus, & alij inferioris ſortis homines exhibendi ſunt; his enim pro quotidiano victu

(2) Dignitas & conditio Alumni conſider.

panis

Diverſim. Nobilis & ruſticus exhib.

panis ater, allium cum cæpis, rapæ cum caſeo & ſimilia exigui pretij cibaria, potulenta & veſtimenta in exili tugurio quandoque ſufficiunt, adeò quidem, ut venialiter peccet, qui ruſtico delicatos cibos & potum præbet. per *c. 4. ibiq; Not. lit. A. Diſt. 25.* Surd. *tit. 4. n. 13.* Viri autem aut fœminæ honorati ſanè delicatius cibandi, honeſtius veſtiendi, & quoad cætera omnia lautius & decentius exhibendi ſunt, *c. non cogantur Diſt. 41.* Tiraq. *d. l. n. 142.* Matth. Coler. *de proceſſ. Execut. p. 2. c. 3. n. 122. & ſeq.* Iung. *th. 4 in f.* atque ita in hac hypotheſi longè plura & ampliora nomine alimentorum contineri contingit, quàm quæ *ſupra th. 2. 3. 4. 5.* eô relata ſunt. vid. Cl. Dn. Præſes *in Not. VVeſenb. de alim. leg. n. 3. p. 323.* & Dn. Carpzov. *d. tr. p. 1. c. 32. def. 16.* Aſcan. Clement. *d. p. pot. c. pen. Eff. 17. n. 36.* quæ quidem accipienda ſunt de præſentis ſtatus dignitate, non quæ olim fuit. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. q. 157. n. 34.* ſcil. ut ſecundum illam dignitatem antiquam non quoad omnia exhibeatur, in tantum tamen attendi debet, ut pinguiora alimenta dentur, quam ſi nunquam dives aut in honore fuiſſet. Surdus *tit. 4. q. 18. n. 4. & 38.* Per ſe autem patet, hæc ad decorem & dignitatem perſonæ ſpectantia alimenta ab alimentatore exigi nec poſſe, nec debere, quando huic ex reditibus ſuis tantum non ſupereſt. per *l. 6. ff. de dol. mal. l. 27. pr. ff. de noxal. act.* B. Enenkel. *d. l. c. 4. n. 8.* His annectenda quæſtio; An obligationi ad alendum ſatisfiat, ſi quando debitor Alimentarium in aliquo cœnobio aut hoſpitali recipi, & ſuſtentari faciat: quæ non aliter affirm. niſi talis ſit cœnobij, & perſonæ alendæ conditio, ut ſine dedecore & penuria in eo morari poſſit. Bald. *in l. un. §. ſed ſcimus. C. de lat. lib. toll.* Ruin. *conſil. 45. n. 8. vol. 2.* Teſſ. *d. d. n. 6.* Surd. *d. q. 18. n. 48.* Arnold. de Reyger *in Theſauro iur. lit. A. n. 103.* Enenkel. *d. l. n. 8.*

XXXVII.

Cauſa obligationis attend.

Cæterum alimentorum modum congruè conſtituturo *cauſa obligationis* cumprimis quoq; attendenda eſt, quia hæc & hominis, & legis diſpoſitionē regulat, ampliat, reſtringit ut loquitur. Ang. *conſil. 357. n 5.* & ex eo Tuſch. *d. l.* Vnde hoc redundat axioma; Quò quis magis aut minus ſ. ratione amoris & æquitatis naturalis, ſ.

ſibi

ſibi exhibitorum beneficiorum, ſ. alius cujuſdam cauſæ ad alendum aliquem obligatus eſt, eô aut majora aut minora ſuppeditanda alimenta. Et cum parentes (maximè paterni) omnium arctiſſimè ad fovendos & nutriendos liberos ſuos ſint obſtricti, vid. *ſupra th. 6. hinc non tantum de neceſſariis, ſed & de his, quæ ad vitam ſuavius honeſtiusq; tranſigendam pertinent, quàm uberrimè iis proſpicere debent, ab eo maximè tempore, quo ipſi rebus ſuis frui non poſſunt. arg. l.5. §.12. h.* Grot. *in eleg. tr. de I. p. & b. lib. 2. c.7. n.5.* jung. Ariſt. *lib. 7. Polit. c. 5. & lib. 8. ferè per tot. ubi* de educatione liberorum multa præclarè diſſerit. Circa quod notandum, quod æqualitas inter liberos obſervanda, nec temerè uni præ cæteris lautiora alimenta, ut diſcordiarum cauſa amputetur, ſint præbenda. *arg. l.11. C. fam. erciſc. l. 4. inf. C. comm. div. l. 17. C. de collat.* Coler. *d. c. 2. n.3.* In alimentandis autem parentibus, cùm hæc obligatio longè remiſſior ſit, *arg. l. 7. §. un. ſi tabb. teſt. exſtab.* non tàm commoditas & dignitas, quàm ſufficientia alimentorum attenditur, quibus ut filij *non niſi in ſummam egeſtatem redactis l.1. §.4. de tut. & rat. d. l.5. §.17. h.* nec amplius quid, quàm ſummè vitæ neceſſaria quotidianum victum & amictum præſtent, compelli poſſunt. *arg. d. l.5. §. 2. ibi quorundam neceſſitatibus, ibiq;* Dd. Aſcan. Clement. *de p. pot. c. pen. effect. 16. n. 23.* Idem obtinet in omnibus ijs, quibus potiùs ex commiſeratione, quàm obligatione alimenta debentur. Atque huc referendi ſunt filij prodigi, maritus inops, & alij, qui ſuâ culpâ & luxuria ad egeſtatem ſummam redacti ſunt. Sic etiam filijs immorigeris, filiabus luxurioſam & impuditam vitam ante actam emendantibus, bannitis, excommunicatis alimenta quidem ſed longè tenuiora quàm liberis probis & benè moratis præſtabuntur; illis enim caſibus omnibus ſufficit, ut omni alio vivendi ſubſidio deſtitutis in tantum proſpiciatur, ne fame aut frigore ipſis penitùs pereundum ſit. Bald. *in auth. ſi captivi. inf. C. de Ep. & Cler. & in auth. quod ſi Rogati C. ad SCt. Trebell.* Molin. *de primogen. Hiſpan. lib. 2. c.16. n.8.* Tiraquell. *ad l. ſi unquam n. 5. C. de revoc. don.* Surdus. *tit. 4. q. 18. n.56. & aliq. ſeqq.* Garz. *de Expenſ. c. 4. n. 23.* Coler. *lib. 1. c. 1. n. 11. & 12. per l. quiſquis C. ad l. Iul. Maieſt.* Faber. *de alim. c. 3. pr.* B. Enenkel.

Quib. non pro decore ſed neceſſit. tantùm alim. debeantur.

d. c. 4. n. 9. in f. His quoque annumerandi *ſpurii*; nec enim his ſecundum ſuam aut parentum dignitatem, ſed ea tantùmmodo, quæ ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria, alimentorum, nomine ſuppeditanda ſunt. per *cap. ſ. inf. de eo qui dux.* Curt. jun. *conſil. 37. inf.* Palæot. *de ſp. c. 47. inf. & c. 49.* Gudel. *de l. Noviſſ. lib. 1. c. 15. §. 1. inf.* imò nec quidem hæc aut quicquam aliud ijs præſtandum, quando artificio aliquo inſtructi ſint, aut ad illam ætatem pervenerint, quâ alijs inſerviendo victum ſibi comparare valeant, tunc enim prorſus à domo paternâ excludendi ſunt, ut è nidis aves, quando volare incipiunt. *arg. l. 14. §. 1. de alim. leg.* Cravett. *conſil. 199. n. 1. & 2.* Ioh. à Sande *Deciſ. Friſ. lib. 2. t. 8. def. 1. inf.* Hillig. *ad Donell. lib. 12. c. 4.* Forſter. *de ſucceſſ. abint. lib. 6. c. 47. n. 36.* Dn. Carpzov. *d. tr. p. 4. c. 27. def. 10. ubi in praiudic. cit. & in prax. crim. tit. de Stupro paſſim*, ita concluditur. Dem Kinde werden ſeine Alimenta, biß es ſein Brod ſelbſt verdienen kan / auff richterliche erkäntnis von dem Stupratore billich verordnet / vnd entrichtet. Alij vero quandam differentiam ſervandam quoque inter ſpurios, filioque illegitimo Nobilis, Baronis, Comitis, Principis longè pinguiora alimenta deputanda, quàm ex plebeæ, & vilioris ſortis hominibus oriundo, non inconvenienter ſtatuere videntur: cùm hos itaq; ſerviles operæ quodammodo dedeceant, etiã in provectiori ætate alendi erunt. Tiraquell. *de Nobil. d. c. 20. n. 104. & c. 15. n. 27.* Surdus. *d. t. 4. q. 18. n. 51.* verùm de his locorum conſuetudines ſpectandæ ſunt. Palæott. *d. tr. c. 60. & ſeq. in f.* Faber. *de al. d. c. 3. p. 112.* Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. cent. 2. c. 169. n. 9. & 10.* Teſſaur. *d. deciſ. all. per tot.*

Quomodo ſpurij al.

XXXIIX.

Porrò in taxandis & conſtituendis alimentis non quidem jure actionis, ſed ex lege & officio judicis debitis ſemper quoque conſiderandum venit, *quanta ſit alimenta petentis inopia, & neceſſitas*; ejuſmodi enim ad alimenta præſtanda obligatio ſubſidiaria. Gotofr. *ad d. l. 5. §. 8. lit. A. h. t.* nec ſemper efficax eſt, quippe quæ hanc conditionem perpetuò habet annexam, *ſi & in quantum Alimenta petens iis opus habuerit*; *d. l. 5. §. 2. 7. 13. 17. 19. pen. & f. l. 6. §. 1. h. l. 1. C. eod. l. 13. §. 2. de adm. tut. l. 1. §. 2. & 4. de tut.*

(b) Reſpic. indigentia alimentarij.

de tut. & rat. diſtr. l. 73. §. un. ff. de I. dot. l. f. §. 5. ibi. ſi inopia ex utraq; parte vertitur C. de bon. quæ lib. Auth. ſi pater. C. divort. fact. nec enim ad voluptatem & ſuperfluitatem, ſed ad neceſſitatem & ſufficientiam talia impendia fieri oportet, per *l. un. C. de Mendic. val. Gl. & Dd. in l. 43. & ſeq. ff. de V. S.* VVeſenb. *ad h. t. n. f.* Socin. *conſil. 161. n. 4. vol. 2.* Carpzov. *p. 3. c. 15. def. 30. n. 9.* Hinc quòd tales neceſſitas in alimentis præteritis ceſſet, ea peti quoque non poſſunt; niſi quatenus quis pro ſe alendo debita neceſſariò contraxerit *arg. l. 1. §. f. de conſtit. pecun. l. 7. §. 13. ad Maced.* Bart. *ad l. 18. n. 3. ff. de alim. leg.* Teſſ. *d. dec. n. 16. & 19.* Pontan. *de alim. c. 4. n. 4.* Pro regula itaque obſervandum erit, quòd neque liberis, neque alijs ex lege alimentandis, ſi quando ſe ipſos ſufficienter exhibere valent, alimenta ab alijs ſuppeditari neceſſe ſit: perinde quoque eſt, ſive ex aliorum liberalitate, ſ. ex bonis peculiaribus, proprijs, maternis ſ. ex artificio, operis & negotiatione, ſ. alio quocunque modo tantum habeant, unde honeſtè ſe cum ſuis ſuſtentare queant. Natta *conſil. 201. n. 12. & conſil. 644.* VVeſenb. *conſil. 26. n. 42. verſ. non etiam obtinet.* Garz. *de Expenſ. c. 4. n. 22.* Surd. *de alim. t. 7. q. 6. n. 1. & ſeqq.* Probè autem circa hæc notandum eſt, quod in diſquiſitione, an quis dives vel pauper ſit, non reſpiciendum ſit, quantum ex venditione rerum præſertim immobilium, (quô etiam referenda pecunia ſortis) ſed ſaltem quantum ex fructibus penſionibus & reditibus patrimonij ſalvâ ejus proprietate redigi poſſit; atque ſi hæc ad alimenta non ſufficiant, id ſupplendum: non enim in hac cauſa habere cenſetur, quòd non niſi ex venditione proprietatis habere quis poteſt. Surd. *d. q. n. 24.* Bald. *conſil. 30. vol. 2.* Merkelbach. *ap. Klockium d. conſil 129. n. 15. et ſeqq. vol. 3. ubi* pl. citantur. Hinc autem conſtat, quod pater filio, cui præbendam aliquam comparavit, & filiæ cui competentem dotem dedit, modò ex fructibus inde provenientibus vivere poſſint, amplius alimentorum nomine aliquid ſuppeditare non teneatur. vid. Gail. *2. obſerv. 95. n. 9. et obſ. 88. n. 9.* Sic etiam ſi quis mercaturam aut aliam negociationem exercere aſſueverit, aut opificium, & artem quandam didicerit, eâque corporis valetudine & viribus ſit, ut operis illis

Habere unde ſe al. dicitur, reſpectu redituum

Operis ſuis ſe exhib. valens non alatur ab alio

illis ſufficiat, alimentationis beneficium ei denegatur, *expr. text. in l. 5. §. 7. h. ibiq.* Gl. & Dd. comm. quod ſi laborare nolit, eſuriat & egeat, *iura namq; noſtra pigris et negligentibus non ſubveniunt. l. 24. ff. quæ in fraud. credit. l. 6. §. 7. eod. l. 16. ff. ex quib. cauſis mai. l. 21. in f. pr. de pecul.* quod tamen ita commun. limitant, ut non, niſi talis ſit perſona, & tale artificium, cujus exercitium ei, ipſiuſque familiæ dedecori non ſit futurum, id procedat: illud enim nos poſſe demùm dicimur, quòd commodè & cum honeſtate poſſumus. per *l. 15. §. 1. de uſufr. l. 34. l. 17. ff. de operis libert. l. 15. ff. de condit. inſtit. ibiq;* Gotofr. *lit. Y.* Honeſtiore itaque loco nati nullo modo cogendi ſunt, ut operis manualibus & opificio aliquo victum ſibi parare conſueſcant. Gotofr. *ad §. 7. d. l. 5. lit. B.* Tiraquell. *d. tr. c. 20. n. 106. & de primogen. q. 62 n. 14. & q. 75.* Menoch. *conſil. 321. n. 26. lib. 4.* Bart. *ad l. un. C. de mendic. val. & de alim. n. 12.* ſecus autem eſt in plebeis & vilioribus. Præſumitur autem ex artificio ſuo quemlibet ali, imò & ditari poſſe unde illud dicterium Germ. Ein Handwerck hat einen güldnen Bodem. Teſſ. *d. d. 211. n. 17.* quod ſi opificium ita tenue, ut inde ſe competenter exhibere nequeat, aut aliquis tàm debilis ſit, ut perpetuo labori non ſufficiat, quod deeſt, arbitrio judicis ſupplere debent ad alendum obſtricti. Cravett. *conſ 199. n. 1.* Palæot. *de ff. c. 48. n. 6.* Decius. *conſil. 576. n. 3.* Porrò nec illis, qui corpore valido & ejus ætatis & conditionis ſunt, ut, licet artificio nullo ſint inſtructi, alijs tamen ſerviendo & ancillando, victum ſibi procurare valeant, alimenta à parentibus & aliis ad alendum obligatis ſubminiſtrari debent, *ne alias ad otium & inertiam invitati male agere diſcant. Nov. 80. c. 5.* Bart. *in d. l. un.* Cravet. *d. conſil. n. 11.* Alciat. *conſil. 243. n. 3.* Surd. *d. q. 6. n. 7. & ſeqq.* Et ſic quoque nobili loco nato, ſi qua ſit ratio aut vitæ genus, quo ſemet ipſe ſine pudore alere poſſit, ut militia, famulatus ſ. comitatus Principis & ſimilia, ille autem otio ſe dedere malit, rectè alimenta denegari, puto, cum Bar. Frenkel. *d. c. 3. n. 22. in f.* quô etiam ſpectat Surdus quando ex Bart. concludit, quod nobiles genere, qui cepit mendicare, cogatur quoque terram arare, cùm longè magis indecorum ſit mendicare, quàm operari. *d. l. n. 13. & 14.*

XXXIX. Non

Non negligenda quoque in æſtimatione & præſtatione alimentorum cùm aliorum tùm maximè ex ultimis voluntatibus debitorum *Conſuetudo regionis*, in qua Alens degit & alimenta indeterminata ſecundum modum, quem in alimentando ibidem communiter obſervare ſolent, certificanda ſunt. per *l. 75. de leg. 3. l. 10. in f. de leg. 1. l. 31. §. 20. ff. de Ædil. ed. l. 37. ff. uſur. l. 1. in f. de inſpic. ventr. l. 19. C. Locat.* junctâ *l. 34. ff. de R. I.* Cravet. *conſil. 189. in f.* Menoch. *de Arbitr. caſ. 169. n. 3. in f.* & *lib. 4. praeſ. 147. n. 32.* Pontan. *d. alim. c. 7. n. 8.* vid. Hunn. *in Encyclop. iur. d. t. 10. c. f. n. 55.* & Gail. *2. obſerv. 8. n. pen. & f.* Porrò in alimentis ex diſpoſitione Teſtatoris præſtandis, ſi de quantitate & modo nihil certi conſtet, ante omnia ipſius *patrisfam. conſuetudo* exquirenda eſt: atque talia præſtabit hæres, qualia præſtare ſolebat teſtator dum viveret, *quod ſi variè praſtiterit, eius tamen temporis praſtatio ſpectabitur, quod proximum mortis eius fuit. text. in l. 14. §. 2. l. 22. in pr. §. de alim. leg. l. 50. ff. f. de leg. 1. l. 21. §. 1. in f. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. 75. de leg. 3.* Verba enim intelligi debent ſecundum qualitatem & mentem proferentis; nihil autem convenientius quàm ut ex viventium arbitrio morientium deſideria colligamus, *text. in l. 4. in pr. C. de Nat. lib.* Mantic. *de conject. ur. ult. vol. lib. 3. c. 2. n. 6. & lib. 6. t. 9.* vid. Surd. *tit. 4. q. 19. n. 2. & 3.* deinde *qualia aliis eiuſdem ordinis, ætatis, dignitatis reliquerit. d. l. 22. pr. de alim. leg. l. 75. de leg. 3. ſi neutrum apparuerit, tùm ex facultatibus defuncti, & caritate eius, cui fideicommiſſum datum erit, modus ſtatui debebit d. l. 22. ibiq;* Gl. ſic etiam quandoque alimentorum qualitas *ex familiæ ipſius teſtatoris conſuetudine* colligi poteſt. Menoch. *d. praeſ. 169. l. 2. n. 4.* quibus autem caſibus una familia aliquam conſuetudinem introducere poſſit, vid. ap. Gabriel. *lib. 6. tit. de conſuet. concluſ. 5. per tot.* Mantica *d. l. 6. tit. 8. n. 8.* jung. Natta *conſil. 387. n. 10 & 11* Surd. *d. l. n. 13.* Deinde etiam illud tantummodo circa hanc teſtatoris conſuetudinem hìc attendendum erit; quod teſtator principaliter & ordinariè in alumnorum uſum præbuit, non verò id quod proprij honoris ſui cauſa aliquando addidit, aut extraordinariè incertaque liberalitate elargitus eſt. per *l. 10. §. f. de ann. leg. ibi. ſua utilitatiſe*

Aliment. præſt. pro conſuetudine regionis.

Pro conſuet. teſtatoris.

Vt & pro conſuet. famil.

tis cauſa VVeſenb. *in d. t. de alim. leg. n. 3. ibiq;* Cl. Dn. Præſes. *p. 322. & ad tit. de coll. dot. n. 3. p. 394.* Zoeſ. *ad eund. t. n. 3.* unde Baldus. *in l. 1. n. 11. C. de legat.* rectè concludere videtur; viduæ, cui à marito alimenta legata ſunt, veſtes pretioſas & verſicolores dandas non eſſe, quamvis ipſe maritus vivus tales ſubminiſtrare conſuevisſet, cùm ea potiùs ſui, quàm uxoris cauſa dediſſe cenſeatur, per *l. 5. §. 10. ff. commodat.* add. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 161. per tot.* Coler. *d. c. 2. n. 23.* Præterea quoque in æſtimandis alimentis, præſertim quando de alia Teſtatoris voluntate non conſtat, ratio quoque habebitur *Ætatis, in qua conſtitutus eſt, cui alimenta decernentur. text. in l. 3. §. 2. ff. ubi pupill. educ. atq; pro ejus incrementis* alimentatio formanda & augenda erit. *l. 10. §. f. de alim. leg. l. 16. §. 2. eod. l. 8. §. 10. de Tranſact.* nec enim in pueros tanti ſumptus faciendi, quanti in majores & ætate provectiores. Gotofr. *ad d. l. 3. §. 2. lit. R.* Menoch. *de præſ. 169. n. 4.* & *lib. 4. q. 157. n. 33. inf.* Circa hæc quoque notandum venit, quod alimenta in illa tantum ſpecie, quâ ſunt relicta, non autem regulariter in pecuniaria æſtimatione petenda & præſtanda ſint, *arg. l. 2. l. 14. §. f. de alim. leg. l. 6. eod. l. 43. & ſeq. de V. S. l. 7. C. de erog. milit. annon. c. 1. §. procurationis de Cenſib. in 6.* junctâ *l. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* & *l. 25. ff. de oper. lib.* niſi ex genere alimentorum, ex Teſtatoris diſpoſitione, ex perſona alentis & alendi, eorumque pactis aliud ſtatuendum appareat. Sic pretium eorum admitti quoque debet (1) quando de præteritis, per moram debentis non ſolutis. *l. 18. §. 1. d. t. de al. leg. l. 6. de uſufr. leg.* (2) Si res præſtandæ ſint facilè corruptibiles, ut menſtruatim ſervari nequeant quales ſunt carnes, ejuſque generis alia, confer. Excellentiſſ. Dn. Præſid. *ad d. t. n. 2. in f.* (3) vel ſi ea ſint præſtanda, quæ nobis tunc temporis inutilia ſint, ut medicamenta ſano non proſunt. *arg. l. 38. ff. de R. Vind.* Bart. *de alim. n. 32.* Pontan. *de alim. c. 2. n. 7. & c. 17. n. 24.* Coler. *d. c. 2. n. pen. & fin.*

Ratio ætatis alumni quoq; habenda.

Alim. in ea ſpecie, qua ſunt relicta reg. danda.

XL.

Ab Alimentario quales operæ præſtandæ.

De modo & menſura alimentorum hactenùs. Nunc, *quando & quales operas alimentarius alitori ſuo præſtare teneatur,* pauciſſimis adjungetur. Hanc autem regulam in hiſce obſervandam

vandam Dd. unanimiter tradunt: quòd quicunque ex legis beneficio alitur nutritori ſuo ſervitia quædam, ſecundum perſonæ ſtatum & qualitatem temperanda, exhibere debeat. per *l. f. §. 5. in f. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. l. 48. de oper. lib. c. de lapſis in f. 16. q. 6.* Gl. Bart. Gotofr. *in l. 13. §. f. ff. de al. leg.* Bald. Rebuff. Cordub. Sim. de Pretis, Salicet. Coraſ. Peckius *cit.* Fabro *c. 4. n. 11.* in tantum, ut operari ſuis alitoribus omninò recuſantibus in pigritiæ & ingratitudinis pœnam alimentatio quoque denegari poſſit; aut ſi talis ſit perſonæ conditio, ut ejuſmodi ſervitia, quæ alimenta quodammodo exæquent, ab eo exigi nequeant, tanti minùs conſequi debebit, quantum operarum denegatarum pretium erit. Cuman. *conſil. 87. in f.* Alciat. *conſil. 243. n. 6.* Surd. *tit. 4. q. 29. n. 4.* Nec tantum mares ita in alitoris commodum operari tenentur, verum etiam fœminæ, mater avia, filia, nurus ſoror, uxor, ſocrus, vidua, tales operas eidem exhibere debent, quæ ſexui & conditioni ſuæ non ſint dedecori, quales ſunt, nere, lavare, lectum ſternere, cibos coquere, menſam parare, liberorum, rei domeſticæ, veſtum, &c. curam aliquam gerere. *arg. l. 17. l. 34. in f. ff. operis libert.* Curt. jun. *conſil. 184. n. 5.* Cravet. *conſil. 362. n. 13.* Non tamen operas quaſvis indiſtinctè, quas novit, ac exercere valet, ſed obſequiales tantùm & quidem leviores, perſonæque convenientes ab alimentario exigere poterit nutritor: operæ autem fabriles, & artificiales, ut & lucra quæ ex negotiatione acquirit alimentarius, non alitoris ſed ipſius operantis commodo cedunt. per *d. l. 48. de oper. libert. ibiq;* Gl. & Dd. Alexand. *conſil. 133. n. 3. vol. 4.* Schneidevv. *ad tit. I. de SCt. Tertull. n 10. verſ. in quibuſdam.* Surdus *d. q. n. 7. 22. 54. & ſeqq.* alij idipſum limitant in filio, ſtatuentes; quodcunque filius in patria poteſtate adhuc conſtitutus ſ. ex operis fabrilibus & artificio, ſ. ex negociatione acquirit, præſertim quando non tantum pecunia paterna, ſed etiam nomine patris negotiatus fuerit, id omne patris non filij lucro eſſe, per ea quæ diſputat Aſc. Clement. *de p. pot. c. 6. eff. 2. n. 9.* quem ſequitur Coler. *l. 2. c. 6. n. 6.* quod ſi tamen non tam ex re patris quàm ſuâ induſtriâ id lucrifactum, portio & ipſi quædam in compenſationem operæ dabitur. Gl. *in l. 6. C. de bon. quæ lib. ex*

Bald.

Bald. & Bertrand. *d.l.* Coler. Verum quicquid ſit, hoc tamen certum eſt, quod, ut pater filio, ſibi ipſi proſpicere de neceſſarijs valenti, ampliùs ad alimenta non tenetur, ita quoque filius ad juvandas patris operas in illo, artificij genere, ex quo ſibi ipſe procurare victum poteſt cogi non debet. Faber. *de alim. d.l. p.133.*

Cui jure act. alim. debentur, non operatur. *ubi* Gl. & Dd. aliq. allèg. Quando vero Alimenta ex contractu aut diſpoſitione hominis, atque ita jure actionis debentur, ad operas aliquas alitori præſtandas alimentarius non eſt obſtrictus, *l.4.§.f. de al. leg.* Bart. *in l.1. pr. n.3. ff. ſol. matr.* niſi de eo expreſsè vel tacitè cautum fuerit ut ſi quis in certis ædibus ali, aut cum hæredibus morari juſſus fuerit. per *l.13. §. 1. & 2. de alim. leg. ibiq.* Dd *l.84. de condit. & dem.* circa hoc notandum, quod ſi in tali caſu gravioribus, quàm fas erat, ſervitijs ab hæredibus preſſi alimentarij aufugiant, nihilominus alendi ſint. *d. l.13. §. f. ib.* Gotofr. Surdus *d. q.29. n.45. & 50. cum ſeq.* Coler. *d. c.6. n.13. & ſeqq.* Eodem modo nec pupillus pro alimentis à Tutore acceptis ullas præſtare tenetur operas, cùm is de ſuo alatur, quòd autem ſi

Nec pupillus Tutori nihilominùs ipſi operatus fuerit, ſumptus alimentorum, in quantum operæ præſtitæ tutori profuerunt, repeti nequeunt, imò ad mercedem convenientem, ſi ſerviles operæ ipſi ſint exhitæ, ſolvendam tutor cogendus eſt. per *l. 26. §. libertus & ibi.* Dd. *de condict. indeb.* junctâ *l.18. §. poſſunt. ff. Commod.* Faber. *de alim. d. c. 4. n. 11. in f.*

XLI.

De Loco in quo alimenta exhiberi debent, nunc quoque

Alimenta in domo alentis regul. exhib. videndum erit: qui regulariter eſt ille, ubi debitor domicilium ſuum habet, quemadmodum ſatis apertè innuit ICtus. *in l. 8. §. 9. de Tranſact. ibiq.* Gl. Ioſ. Bart. *n. 4. & tr. de alim. n. 24.* Ratio ejus primaria eſt, quod ea minori ſumptu in propria domo quàm alibi præſtentur; unde alimenta extra domum alitoris ſui petens, plus petere dicitur. Rol. à Valle. *conſil. 22. n. 10. vol. 1.* Natta *conſil. 387. n. 4.* & huc facit, quod creditor recepturus id, quod ſibi debetur, ad domum reſ venire neceſſe habeat, *l.18. pr. ff. de conſtit. pec, l.2. §. 1. ff. quor. legat.* Coler. *de alim, lib.2. c.3. per tot. ubi* pl. alleg. ſecundaria, quod operæ ſibi ab alumnis debitæ aliàs facilè ſubtraherentur. Et quamvis cauſa hæc poſterior in ijs,

qui

qui jure actionis alimenta petunt, non procedat, nihilominùs tamen tàm his, qui ex hominis, quàm ijs qui ex legis diſpoſitione alendi ſunt, in domo gravati alimenta petenda & præſtanda eſſe, rectiùs à pleriſque Dd. aſſeritur. Roland. *d. conſil. 22. n. 9. & ſeqq.* Pontan. *de alim. c. 7. in f.* Borcholt. *tr. de Tranſact. c. 3. n. 45* Menoch. *de arbitr. caſ. 170. n. 8. & aliq. ſeqq.* & *tr. de præſumpt. q. 157. n. 52. ubi* pro hac commun. recepta ſent. Alexand. Fulgoſ. Socin. ſen. Iaſon. Ruin. Picum, Riminaldum ſen. Decian. Æmilian. citat: quod eô minùs dubij patitur, quando teſtator dixit, quod alimentarius cum ipſo hærede habitare deberet. Men. *d. præſ. n. 52. inf.* Quamvis in alimentis ſimpliciter ſine mentione domus teſtatoris aut hæredis contrarium nonnulli ſtatuant; eô maximè moti, quod ejuſmodi alimentarij hæredibus ad operandum non ſint obligati, ad quod tamen omnes ex ipſorum opinione tenentur, quibus in domo alitoris alimenta exhibenda ſunt. Natta *d. conſil.* Chriſtin. *d. deciſ. 143. n. 9. ex l. 4. §. f. ff. de alim. leg.* Surd. *t. 4. q. 15. & pl. cit. & approbati* Tuſcho *concl. 279. per tot.* Verùm prima ſent. etiam fortiter eô probatur, quod non ſit præſumendum, Teſtatorem voluiſſe duplici onere & præſtatione gravare hæredem, per *l. 67. §. 2. de leg. 2.* Gotofr. *ad l. 41. §. 1. lit. V. de leg. 3.* quod hic aliàs fieret. Men. *d. caſ. 170. n. 10.* ſemper quoque eô reſpiciendum, ut minus incommodi ſentiat debitor. per *l. 1. §. 3. inf ibiq́ʒ* Dd. *ff. de peric. & com. rei vend.* junctâ *l. 47. de O. & A.* Coler. *d. c. 3. n. 2.* Atque ita quidem regulariter obtinet; attamen in multis caſibus ſcil. ob juſtam & gravem cauſam judicis arbitrio æſtimandam contrarium æquius & receptius eſt. Imprimis autem quæſtio, quæ inter patrem & matrem ſeparatim viventes de educatione communium liberorum movetur, arbitraria eſt. *l. 3. in f. C. de al. lib. l. un. C. divortio facto liberi ap. quem morari aut educ. deb. l. 5. §. 2. ff. h. arg. l. 1. §. 1. & 2. & t. tot. ff. & C. ubi pupill. educ. deb.* Potiſſimùm tamen divortio facto collocandi penes eum, qui divortio cauſam non dedit, ſ. mater ſ. pater is fuerit; nocentis autem expenſis paſcendi ſunt, modò is apud quem alendi ſunt, ſolvendo, & non infidelis ſit. *Auth. ſi pater C. d. t. div. fact. Nov. 117. c. 7.* add. *Nov. 98. c. 2. & c. fin. X. de converſ. coniug.* Zoëſ. *ad h. t. ff. n. 2.*

ſ. ex l. ſ. ex hominis diſpoſit. debeantur

q. ap. quem par. liberi alendi arbitraria eſt

ff.n.2. Quòd verò ſi aliam ob cauſam parentes ſeparatim vivant, non incongrua videtur eorum opinio, qui filios apud patrem, filias apud matrem (niſi aliud quid obſtet, & diverſum ſuadeat) educandos arbitrantur: quamvis enim, ut per liberorum ſexum inter parentes ejuſmodi diviſio fiat, nullâ expr. lege cautum ſit; attamen nec indiſtinctè ſemper prohibitum, ſed æquo prudentis judicis arbitrio relictum videtur. *d. l.un. C. divort. fact. ap. q. ibiq;* Gl. & Dd. Puellæ etenim longè commodiùs inſtitui, & erudiri cùm in moribus tùm in opificijs fœmineis poſſunt apud matrem, quàm apud patrem. Ioh. à Sande *dec. Friſ. d. t. 3. def. 1. ubi* id eleg. rationibus, multorum locorum conſuetudinibus, & Dd. authorit. fulcit. Sanè *interdum, ut tàm filii quàm filiæ apud matrem*, cui natura erga liberos affectum omnes alios ſuperantes impreſſit, *ut morentur & educentur, ſatis erit. text. in l. 1. §. 3. de lib. exhib. & in l. 3. §. 5. eod.* dicitur, quòd causâ cognitâ ob nequitiam patris in retinendo filio (ſine patriæ poteſtatis diminutione) mater obtinere debeat; quod maximè procedit, quando de liberorum naturalium educatione agitur, cùm non minor matris in hos quàm in legitimos ſit amor & affectus, ſolaque civilis ratio liberos naturales à legitimis diſtinguat. *Nov. 89.* junctis *l. 12. in f. ff. de accuſ. l. 14. §. 2. l. 44 §. 3. et §. 4. ff. de R. N.* imò interdum nequidem eos ſecum eſſe, deſiderantibus patribus adjudicari oportet, cum ſcil. præterea novercalia odia contra eoſdem in domo paterna metuenda ſint: ut in caſu quem *d. l.* decidit Ioh. à Sande: quippe cum etiam filius legitimus in tali caſu, quando eum à noverca negligentius aut duriùs quàm fas eſt, tractari patitur pater, aut ſi ipſe in eum nimiam ſævitiā exercet, à patre dimittendus, & in alterius domo judicis arbitrio educandus ſit. *arg. l. f. ff. ſi quis à par. manumiſſ.* junctâ *l. 13. in f. de alim. leg.* Surd. *d. q. 14. n. 17. & ſeqq.*

XLII.

Tantum de filio regulariter in domo paterna educando. Quid autem de liberis uxoratis aut maritatis in hoc puncto obtineat, & pl. alias huc pertinentes quæſtiones latè pertractant Coler. *d. c. 3. n. 4. & al. ſeqq.* Surd. *t. 4. q. 15.* Plures caſus & cauſæ, dictam regulam limitantes, poteſtatemque alimentarijs

quibuſ-

quibuſcunque etiam extra debitoris domum alimentatione perfruendi largientes, ut hiſce adjungantur, operæ pretium videtur. Sciendum itaque eſt, quod alimentarius etiam extra domum deb. alimenta petere & obtinere poſſit, quandocunque judici demonſtrare poteſt, ſe cum magno ſuo damno, dolore, periculo & incommoditate penes alitorem morari, per *l. 14. pr. ibiq;* Bart. *ff. de re milit.* quod eò facilius obtinebitur, quando ſimul judicem docere valeat, debitoris non magni intereſſe, an proprijs vel alienis ædibus alimenta præbeat; aut ſi quid interſit, ſe tantum remiſſurum, promittat. *arg. l. 35. ff. de pet. hæred.* Ejuſmodi autem domicilj mutandi approbatam cauſam præbet, (1) quando quis (præſertim fœmina juvencula) ſalvâ honeſtate, dignitateque ſuâ in alentis domo verſari non poſſit, *text. in l. 5. ff. ubi pupill. educ.* poſſe enim non dicimus, quod ſalvo honore facere nequimus, *l. 125. de V. S. l. 137. §. 4. de V. O. l. 105. ff. de ſolut. l. fin. de act. empt. l. 22. de Noxal. l. 35. de neg. geſt.* Rol. à Valle *d. conſil. 22. n. 11. ubi* pl. citat. (2) alibi etiam quàm in dictis ædibus ſubminiſtranda ſunt alimenta: quando ob nimiam alentis ſævitiam & importunitatem, (3) ob litem & inimicitiam inter alumnum atque alentem, hujuſvè conjugem aut familiam præter illius culpam aut meritum exortam, (4) aut ob alios eorum perverſos mores, nequitiam, injurias ſine ſcandalo, periculo, & animi ægritudine apud alentem ipſiuſque domeſticos morari non poſſit; quod eò magis indubium eſt quando iſti alimentandum inter ſe verſari nolint, aut modo debito non exhibeant. per *d. l. 13. §. f. ibi.* Gotofr. & Dd. comm. *de al. leg. l. 13. pr. de ann. leg. l. 30. §. 5. de leg. 3.* junctâ *l. 161. d. R. I.* Boër. *deciſ. 105. n. 3. 5. 6.* Aſc. Clem. *de p. p. d. eff. 17. n. 32.* Menoch. *de præſumpt. 157. n. 54. & 55.* & *de Arbitr. d. c. 170. n. 12. cum ſeqq.* Kirchov. *in theſ. commun. opin. lit. A. verſ. Alimenta ſi legentur.* Coler. *d. c. 3. n. 32. in f.* Sic (5) domum alentis adire, ibique alimenta percipere alumnus non eſt cogendus; ſi quis in eâ morbo quodam contagioſo infectus ſit. Bart. *in d. l. 13. de al. leg.* (6) ſi quis ob caſum fortuitum in debitoris domo comparere nequeat, vel in hæredis vel in alimentarij perſonâ contingentem ſcil. ob morbum, tempeſtatem, prædones aut ſimilem cauſam

Quando alimenta extra debitoris dom. præſt.

ſonticam. per *l. 2. §. 6. ſi quis caut. l. 13. §. 1. de alim. leg.* Natta *d. conſil. 387. n. 7. ubi* pl. text. allegat. (7) Si plures ad alendum obſtricti bona communia inter ſe diviſerint, habitationem ſeparârint, reique debendi in diſſitis locis habitent. Ruin. *conſil. 90. n. 2. verſ. ſecundus caſus lib.. 2.* Men. *d. praeſ. n. 56.* (8) Excuſationem quoque & cauſam extra alitoris domum alendi præſtat; quando alimentarius domi habeat liberos, conjugem, parentes, fratres, ſorores, aut alios cognatos, affines, domeſticos ægrotos ſ. furioſos, *quis enim ferat, liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris conjuges ſeparari, aut relinqui? text. in l. 11. C. commun. utr. jud. l. 8. ff. de uſ. & habit.* Roland. *d. l. n. 13.* Menoch. *de Arbitr. d. c. n. 19.* Borcholt. *d. tr. de Tranſact. p. m. 93.* (9) hoc notabiliter limitatur, quando filius ſtudiorum cauſa extra patris domum in aliqua Academia, aut gymnaſio vivat: Aſc. Clem. *d. l. n. 33.* Chriſtin. *d. d. 143. n. 18.* Tulden. *in C. h. t. n. 3.* circa quod notandum, quod, quamvis ſtudiorum impenſas, ſi hoc animo & conditione expr. pater ipſi eos ſubminiſtraſſet, conferre ſuis fratribus Studioſus teneatur, *text. in l. 50. fam. ercisc.* ſumptus tamen alimentorum, & hoc ſub nomine venientium viaticorum, item honoraria præceptorum, & alia neceſſaria hûc pertinentia præcipua habere debeat, per *l. 6. §. 5. de Carbon. ed. l. 5. § 12. de agn. & al. lib. 12. §. 3. de adm. tut.* Brunner. *de collat. bon. c. 4. n. 162. & ſeqq.* quem ſequitur Ampliſſ. Dn. Præſes, *in Obſerv. VVeſenb. ad t. de collat. dot. n. 3.* & præterea Aſc. Clem. *d. l. n. 34. & ſeq.* latè probat, quod non ſufficiat, patrem filio in ſtudio moranti aſſignare & tradere tantùm, quantum pro eo domi expenſurus erat; ſed quod id eam quantitatem excedere debeat, conſideratâ perſonæ qualitate; cùm Studioſus aliquantulum ornatior incedere ſoleat & debeat &c. (10) Sic ob moram ab hæredibus in reſtituenda dote admiſſam vidua quoque non eſt obſtricta ad alimenta in domo hæredis percipienda. Surd. *q. 14. n. 6. t. 4.* ut nec ille, cui ob damnum illatum ex delicto alimenta ſuppeditanda ſunt. (11) Extra dubium quoque eſt, ſi teſtator alium locum, ubi ali legatarium malit, vel expreſsè vel etiam tacitè ſignificaſſet, alimenta non in hæredis ſed in deſignato loco præſtanda fore, per *l. 50. pr. l. 52. § 1. ff. de judic. l. 47. pr. de leg. 1.* ut eleg. exemplo declarat Borcholt. *d. tr. p. m. 92. in f.*

in f. add. Men. *d. c. 176. n. 18. & 19. & d. praeſ. in f.* quòd tamen ita intelligendum arbitror; ſi appareat debitoris gratia (quod etiam in dubio præſumitur) ædes eſſe adjectas, illi locum mutare liceat, modò conditionem alimentarij eò non deteriorem malitiosè efficiat. Coler. *lib. 2. c. 4. n. 24. & ſeqq.* & huc facit. *l. 51. de Ep. & Cler. l. pen. C. de pact.* junctis *l. 17. 74. & ſeq. ff. de R. I* Gl. *in l. 37. de leg. 1.* (12) generaliter quoq; d. regulam limitant, quod creditori, cui reverentiam debet, debitor teneatur debitum ad illius perferre domiciliũ, ut ſi pater aut patronus ſit alendus. Surd. *d. t. q. 16. n. 6.* Color. *n. pen. d. c. 3.* Quod ſi præter has & ſimiles approbatas cauſas alimentario in ædibus debitoris alimenta ſua percipere non placuerit, tàm præſentia quàm præterita, modò nulla debitoris culpa aut mora probari queat, fruſtra petentur. Alex. *conſil. 178. n. 7. verſ. quædam ſunt. lib. 6.* Natta *conſil. 384. n. 4. in f. & 6.* jung. Rol. à Valle *d. conſil. n. 17.* Surd. *d. t. q. 15. n. 5. & ſeqq.* In caſu denique quando certa pecuniæ ſumma, aut commeſtibilium numerus determinatus relictus, aut judicis decreto aſſignatus eſt, ſine ulla controverſia ſuo deputato alumnus ubicunque lubet perfruetur. per *l. 8. de trit. & ol. leg. l. 12. de al. leg. l. 47. § 1. de leg. 1.* ita tamen ut alimentarius ſuo ſumptu id auſferat. *l. 1. §. licet, de peric. & commod. rei vend.*

XLIII.

TEMPVS, quo alimenta præſtanda veniunt, nunc pertractandum ſequitur: quod pro diverſitate debitarum ſpecierum aliarumque circumſtantiarum varium, & diverſum eſt. Diſtinguendum autem ſtatim videtur inter eos, qui in domo debitoris, & qui extra eam alimenta percipiunt: de illis manifeſtum eſt, quòd ſingulis diebus prandium & cœnam ijs præbere teneatur alimentator. huc facit. *l. 6. §. 2. ibi. quaſi diuturna donatione C. de bon. quæ lib.* Quando vero extra domum alimenta conferenda ſunt, nihilque certi de tempore præſtationis conventum aut diſpoſitum eſt, tùm regulariter cibaria menſtruatim dari debent, *l. f. ibi.* Bart. *ff. de al. lib. l. 8. in f. ibi.* Gotofr. *de alim. leg.* niſi (1) res ſint citò putreſcentes, nec tamdiu durabiles, ut carnes recentes & ſimilia, pro quibus æſtimatio ſolvi ſolet. *arg. l. 13. §. 4. de alim. leg.* Menoch. *conſil. 62. n. 7.* Rol. *d. conſ. 22. in f.*

Alim. reg. menſtruatim dandæ ſunt

 Excellentiſſ.

Excellentiſſ. Dn. Præſes. *in obſ. VVeſ. ad d. t. n. 8. in f.* (2) excipiuntur milites, quibus ſecundum jus noſtrum ſingulis vel alternis diebus talia debentur, *l. 1. l. 7. C. de erog. mil. ann.* Surd. *t. 4. q. 17. n. 17. ubi* rationem addit. (3) Alimenta collegijs legata annuatim ſolvenda ſunt. *l. 49. §. 3. C. de Ep. & Cler.* Præterea dicta concluſio non procedit in ijs, quæ menſtruam diviſionem non recipiunt, & ſi toties præſtanda eſſent, nimium hæredem gravarent: qualia ſunt Veſtimenta, Calcearia, ea enim, ut & medicamenta, ligna lectus & hujus generis alia toties debentur, petique poſſunt, quoties alendus ijs opus habuerit. *arg. l. 12. §. 5.* Gl. *in l. 26. §. f. ff. quando dies leg.* Bart. *in l. 8. ff. de al. leg.* Rol. *d. l. n. 23.* Surd. *d. q. n. 3.* Hic notandum eſt: quod alimenta ſingulis annis aut etiam menſibus debita, ſtatim in initio anni & menſis ſolvi debeant, *l. 12. §. 4. & 6. l. 1. C. quando dies leg. l. 8. ff. de ann. leg. l. 11. ff. de uſufr. leg.* rationem addit Coler. *c. 4. n. 13.* quòd eum inſignem habet effectum, ut ſi alimentarius anno quidem cepto ſed non finito moriatur, hæredes ipſius nihilominùs totius anni debita nanciſcantur, *l. 2. l. 5. l. 8. l. 22. ff. de ann. leg.* quod tamen non procedit in Habitatione legatâ, quæ exemplo uſusfructus cujuſvis rei exſpirante fructuario ſtatim quoque extinguitur. *l. 13. C. de uſufr.* Faber. *de al. c. 4. p. 141.* Multæ præterea cauſæ incidere poſſunt, propter quas annua legata vel citius vel tardius ſolvenda ſint ſi ſc. vel aliter conventum vel à teſtatore ſ. expreſsè ſ. tacitè diſpoſitum fuerit, *arg. l. 12. §. 4. & 5. l. 26. in f. quando dies. leg.* quod quandoque ex ipſa re apparet, ut ſi fructus certi agri ſint relicti, tempus meſſis erit exſpectandum. *d. l. 26. §. f. quando dies leg.* Menoch. *praeſ. 199. n. 23. & ſeq. lib. 4.* Coler. *d. c. 4. n. 14. & ſeq.* Surd. *d. q. 17. n. 20. & aliq. ſeqq.* qui pl. hujuſmodi caſus recenſent. Sic etiam ante tempus quandoque alimenta ſunt exhibenda, quando alimentarij ſumma neceſſitas id exegerit. Rol. à Valle. *conſil. 52. n. 24. & ſeq. vol.* Faber. *d. l. p. 142.* Deinde quoque Teſti & Advocato alimentorum & itineris ſumptus, (de quibus ſupra *th. 31. & 24.*) ilicò antequam pedem domo ſuâ efferant, offerenda ſunt. per ea quæ habent Surd. *t. 1. q. 62. n. 9. 10. 68. ut & d. q. 17. n. f. & pen.* Coler. *lib. 1. c. 14. n. 21.* per *l. pen. C. de Teſtib.* Porrò alimenta ſub

Except.

Alia quoties opus ijs alumnus habuerit.

Alim. initio menſis aut anni ſolvenda.

Aliæ limit.

ſub certo modo aut cauſâ adimplenda relicta, tùm quando adjecto oneri ſatisfactum, & conditio impleta fuerit, exigi demùm poſſe, manifeſti juris eſt. *l. 45. in f. de legat. 2 l. 21. quando dies leg. l. 18. inf. de alim. leg. l. 24. de cond. & dem. l. 81. inf. eod.* Niſi, quod perinde eſt, alimentarius conditioni parere paratus impediatur vel per impoſſibilitatem & caſum fortuitum, *ut in l. 13. §. 2. l. 20. in f. de al. leg.* aut per hæredem. *in l. 24. & 81. in f. de condit.* junctâ *l. 165. inf. de R. I.* aut etiam per eùm, in cujus perſona conditio adimplenda erat. *d. l. 24. & 31 de cond. l. 5. §. 5. quando dies leg.* quibus caſibus nihilominùs alimenta relicta ſtatim debentur & peti poſſunt, add. *l. 8. §. 6. & 7. d. t. de cond.* nec enim alicui alterius contumacia nocere debet. *c. imputari, c. cum non ſtat. de R. I. in 6.* Zoëſ. *in comment. ad ſſta. d t. de condit. n. 30.* Faber. *de al. p. 201.*

Alim. ſub condit. & cauſa relicta ijs impletis deb.

Quandoque etiam alimenta debita unicâ vice omnia, quibus alimentarius veriſimiliter inſpectâ ejus ætate & qualitate per totam vitam opus habuerit, idque ut pl. in certâ pecuniæ ſummâ ſolvi ſtatim debent, quò facit *l. 16. §. 2. l. 20. in f. de al. leg.* in caſibus ſcil. quando maſculi excluſis fœminis aut primogenitus ſolus defunctis ſuccedunt, Ludovic. Molin. *lib. 2. de primog. Hiſp. c. 15. n. 9. & 10.* quem ſequitur Coler. *d. c.* 4. *n. 9.* vel quando metuendum eſt, ne debitor ob ſocordiam, prodigalitatem aut ſimilem evidentem cauſam ad inopiam aliquando redigendus alimentis præſtandis olim minùs ſuffecturus ſit. *arg. l. 50. ad Trebell. l. f. §. 2. C. de ſent. paſſ. & reſtit. Nov. 97. c. 6. & c. 7. X. de don. int. vir. & ux. ſecundum doctr.* Baldi *in l. 2. n. pen. C. ſi quid in fr. patr.* Boër. *deciſ. 62. n. 18.* Clement. *de p. pot. d. eff. 17. n. 16.* Pontan. *de al. c. 7. n. 6. in f.* Surd. *t. 7. priv. 26.* & quatenus patre diſſipante bona filius legitimam petere & obtinere poſſit, latè & eleg. diſputat. B. Enenk. *d. tr. priv. 14. p. 1. c. 10. n. 17. & ſeqq. ubi n.* 44. tandem concludit, id quidem nonnunquam concedendum eſſe, ita tamen, ut bona ſibi ob eam cauſam aſſignata vivo patre non in ſuam poteſtatem accipiat filius, ſed ut conſerventur ipſi integra ad diem mortis paternæ.

Aliquando una vice omnia alim præſtantur.

XLIV.

De Alimentorum ſingulari jure & privilegijs nunc quædam ſubijcienda erunt. Sciendum enim eſt in favorem alimentorum,

rum,

rum ob eorundem neceſſitatem & utilitatem ſummam multa ſpecialiter eſſe conſtituta; ita ut hæc cauſa alimentorum, quatenus ſcil. inopibus & miſerabilibus perſonis præſtari debent, inter pias jure merito relata ſit, per *l. 14. ibi. pietatis intuitu. ff. de al. leg. Nov. 131. c. 13. ibi. egentium pabula & alias pias cauſas.* Bart. *de alim. n. 23.* Cravett. *conſil. 199. n. 10.* VVeſenb. *conſ. 80. n. 7. lib. 2.* Surd. *t. 7. privil. 1. n. 1. 2. 3.* unde patet, huic in genere omnia illa privilegia, quibus piæ cauſæ vallatæ ſunt, competere; imò in quibuſdam alijs pijs cauſis potiorem eſſe, demonſtrat Everhard. à Middelburg. *in loc. top. leg. 59. in pr. & f. ubi* ab alimentis ad piam cauſam argumentandi modum firmiſſimum & frequentiſſimum dicit. add. Coler. *lib. 2. c. 7. n. 4.* per *l. 21. C. de SS. Eccleſ. & Auth. ſeq.* Tuſchus, *concluſ. 286. n. 3.* quæ autem privilegia piæ cauſæ in genere ſint conceſſa, videri poteſt ap. Socin. *in Fallent. Reg. 382.* & Tiraquell. *in ſing. tr. de privil. piæ cauſæ. ubi* 167. recenſet.

In favorem alim. multa privileg. conceſſa.

Hâc vice ſaltem præcipua eorum, quæ huic favorabili cauſæ conceſſa ſunt privilegia, breviſſime recenſiturus, ab ijs, quæ in alimentorum legato ſingularia ſunt initium faciam. Ejuſmodi inſigne privilegium eſt. (1) Quod alimentorum in minus ſolenni & imperfecta ultimâ voluntate relictorum præſtatio per integrum triennium continuata operetur & inducat neceſſariam præſtationem etiam in futurum, æquè ac ſi in ſolenni teſtamento aſſignata fuiſſent. *text. in l. 1. C. de Fideicommiſſ. ubi* Gl. & Dd. Tiraquell. *d. tr. privil. 60.* Pontan. *de alim. c. 17. n. 32.* (2) Nulla incapacitas aut prohibitio alimentorum legatum tollit, *l. 11. l. 17. de al. leg. l. 3 pr. de his, quæ pro non ſcr.* jung. *th. 7. circa f.* Zoëſ. *ad h. t. n. 4.* Hillig. ad Donell. *lib. 8. c. 6. lit. F.* Tuſchus *c. 286. n. 17.* (3) Alimenta legata nec minuuntur nec adimuntur per clauſulam codicillarem, quâ generaliter omnibus relictis detrahitur aut derogatur. *l. 18. §. 3. de al. leg. ibiq;* Gl. Bart. *de al. n. 31.* Gotofr. *ad Rubr. de al. leg. lit. A.* Quomodo autem & quando à detractione Falcidiæ hæc & aliæ piæ cauſæ immunes ſint, latè pertractat Tiraquell. *d. tr. priv. 26.* (4) Alimenta etiam hæreditate non aditâ debentur: quod uti dupliciter poteſt intelligi, vel de caſu, quando hæreditatem prorſus nemo ſubit; vel de tempore, quod hæredibus ad deliberandum, inventariumque

Privil. in alimentorum legato.

umque conficiendum (ita ut interea eos nemo creditorum inquietare auſit *l. f. §. 11. C. de I. delib.*) conceſſum eſt, ita hoc privilegium ad utrumque caſum pertinet, per ea quæ habet Coler. *lib. 1. c. 15. n. f. & l. 2. c. 7. n. 16. & ſeqq.* Tuld. *in C. t. de iure delib. n. 6.* Surd. *d. t. 7. pr. 12.* (5) Fideicommiſſum à legato pro non ſcripto dependens favore alimentorum debetur ab hærede, vel ab eo apud quem remanet, licet alias tale inutile legatum apud hæredem ſubſtitutum, aut conjunctum ſine onere remaneat, per ea quæ habet. Everhard. *d. l. n. 4.* (6) Legatum alimentorum etiam incertum ratione ſummæ validum eſt, & debetur pro quantitate hæreditatis & legatarij qualitate *l. 14. ubi* Gl. & Gotofr. *lit. V. & X. ff. de ann. leg. l. 22. de al leg. l. 12. ubi* Bart. *de leg. 3. l. 24. C. de Ep. & Cler.* contra jus regul. *in l. 69. §. 4. de iur. dot.* Pontan. *de al. c. 17. n. 14.* pl. vid. ap. Coler. *d. c. 7. n. 19. & ſeqq.* (7) Alimenta legata ab hærede debentur quoque à ſubſtituto etiam per fideicommiſſum, aut conjuncto, à quibus ob alimentorum favorem tacitè cenſentur repetita. *l. 4. §. un. de al. leg. l. 61. §. 1. de leg. 3.* Socin. *in Fallent. reg. 310. lim. 33.* Gomez. *Reſolut. var. tom. 1. c. 12. n. 36.* Surd. *privil. 15.* Gotofr. *ad d. Rubr.* (8) Vt eô diutiùs debeantur, pubertatis tempus in longiùs protrahunt; ita ut ſi uſq; ad pubertatem alimenta relicta ſint, pietatis intuitu pueri uſq; ad 18. Puellæ uſq; ad 14. annum completum educari debeant. *l. 14. §. 1. h.* (9) Alimenta relicta, etiamſi conditio mixta legato adjecta per caſum fortuitum deficiat, præſtanda ſunt, nec legatum hoc in dubio præſumitur factum contemplatione oneris. Surd. *priv. 23. n. 7. & ſeq. & pr. 24. per tot.* per *l. 84. de cond. & dem. l. 1. C. de legat.* add. Gl. *in l. 10. ff. de ann. leg. ubi lit. F.* hoc reſtringit ad eas conditiones, quæ non in hæredum ſed in alimentariorum favorem potiſſimùm fuiſſent áſſcriptæ ſecundum *d. l. 84. in f.* quod approbat Gail. *2. obſerv. 144. n. 12.* conf. Zoëſ. *ad ff. t. de condit. n. 30.* (10) Alimenta ſub nomine áppellativo relicta filijs Titij, debentur etiam poſthumis & futuris, etiam ex alio conjugio ſuſceptis; & relicta indefinitè uxori ſ. propriæ ſ. alterius debentur quoq; ſecundæ; quia dictio indefinita maximè in favorabilibus æquipollere cenſetur univerſali. *arg. l. 8. §. 3. de pign. act. l. 4. ff. de Tutel.* junct. *l. 10. pr. de*

 cond.

cond. & dem. l. 4. & 5. de lib. & poſth. ex Alex. Socin. Surd. *priv.31.* modò ne aliunde vel tacitè vel expr. de diverſa Teſtatoris voluntate conſtet. *arg. l.5. quemadm. teſt. aper.* (11) Relicta alimenta etiam ab eo, qui non eſt inſtitutus nec honoratus, ſed tantùm deputatus executor, præſtanda ſunt, per *l. 9. pr. de al. leg. ibiq;* Gl. & Bart. approbati Everhardo *d. l n. 8. verſ. octavò.* imò & talis executor pro alimentis proprio nomine rectè agit. Surd. *pr.33. n.5.* (12) Res ſ. fundus, ex quo alimenta legata ſolvi debent, tacitè pro ijs cenſetur obligatus & hypothecatus indiſtinctè, *l.2. ff. de al. leg. l. 7. hactenus ff. de uſufr. & quemad.* præferuntur autem tales alimentarij omnibus creditoribus expr. priorem hypothecam non habentibus; ſecus eſt, ſi alimenta ſimpliciter ſint conceſſa. Dn. Carpzov. *p.1. c.28. def.52.* Notandum hic quoq;, quod ſi teſtator voluerit ex prædio adjecto non per modum taxationis, ſed demonſtrationis tantum alimenta ſubminiſtrari, minus autem quàm debebatur natum & collectum ex eo fuerit, quod deeſt, ab hærede ſupplendum eſſe, *l. 12. ff. de al. leg.* ſecus eſt, ſi taxationis cauſa fuerit adjectum, *ut in l. 8. §. 2. de leg. 2.* VVeſenb. *ad d. t. de al. leg. ibiq;* Bachov. & Cl. Dn. Præſes. vid. Coler. *d. c. 7. n. 68. & ſeqq.* Iung. *l. 8. §. 15. ff. de Transact.* Fruitur autem ex fundo ita obligato alimentarius fructibus ſine ullo onere. Et in genere omnia, quæ quis in neceſſariam ſui ſuorumque ſuſtentationem impenſurus eſt, tàm à decimis, *c. decimas 16. q. 1.* quàm ab alijs collectis omnibus libera pronunciantur. confer. Mund. *de mun. & hon. c. 6. n. 163. & 177. per l. 2. ibiq;* Cujac. *C. de ut nem. lic. in empt. ſpec.* Pinell. Tiraquell. Mynſing. Schneidevv. cit. & approbati. Fabro *de al. c. 5. p. 149. inf.*

XLV.

Præterea ob favorem, & neceſſitatem alimentorum multum de rigore juris remittitur, & actus nonnulli fiunt liciti & validi, qui aliàs inutiles & punibiles forent. (13) Sic licet alteri abſenti ſtipulari nemo efficaciter queat, *l 38. § alteri. ibiq;* Gotofr. *lit. Z. de V. O.* pro hac tamen alijſque pijs cauſis fieri hoc poterit. Secundum Gl. & Dd. *in l. 19. C. de SS. Eccleſ.* Godd. *de contrh. & committ. ſtipul. c. 10. concl. 1. n. 32.* Ant. Gabriel. *in comm. concl. lib. 3. c. 1. n. 72. p. m. 242.* (14) Nulla alimentorum dona-

Alia alim. privilegia

tio

tie inſinuatione indiget. per *l. 34. pr. C. de don.* Pontan. *de al. c. 10. n. 2.* (15) Alimenta compenſationem non admittunt. per *l. 3. C. de compenſ. l. 2. § 4. de adm. rer. ad civ. pertin.* ratio hujus eſt, quod alimenta & venter nullam patiantur dilationem *arg. l. 2. ff. de feriis.* quæ cum ceſſet in præteritis ſ. in debito ob alimenta antea abſumpta contracto, patet, hoc privil. tantum in præſentibus & futuris locum obtinere, per ea quæ ex Sebaſt. Medic. Guid. Pap. P. de Ferrar. & alijs habet Coler. *d. c. 7. n. 38. & 40.* Pont. *c. 19. n. 2.* (17) Nec collationi ſubjacent, certum enim eſt, ea in legitimam non computari, per *l. 32. fam. erciſ. l. 30. §. 2. & ibi* Gl. *l. 36. inf. pr. C. de inoff. Tiſſ. l. 3. in f. de mun. & hon. l. 6. §. 5. de Carbon. l. 5. §. 12. ff. h. l. 2. §. 2. l. 6. ff. l. 20. C. de collat. l. 1. §. 16. ff. eod.* itanequidem frater ſorori nubenti in dotem ex feudo debitam alimentorum expenſas imputat. *arg. l. 4. ff. ubi pup. educ.* Schneidevv. *ad §. fuerat. n. 99. I. de act.* confer. Surd. *tit. 8. pr. 57. & t. 9. q. 34.* quod tamen limitatur in veſtibus & alijs rebus pretioſis, quæ ſi tempore mortis paternǽ extent, conferendæ ſunt, *arg. l. 25. ff. de pecul. l. 13. §. un. de don. int. vir. & ux.* junctâ *l. 5. §. 10. ff. commod.* VVurmſer. *in obſerv. t. 42.* Coler. *d. l. n. 31. & ſeqq.* add. Brunn. *d. collat. c. 4. n. 64. & ſeqq. & 162. cum ſeqq.* Rauchbar. *p. poſt. q. 17. n. 15. & ſeq.* Cl. Dn. Præſes. *in Not. VVeſenb. ad tit. de collat. dot. n. 1. p. 390. & n. 3. p. 394.* (18) Quia alimenta àpari cum dote procedunt. Everh. *in loc. legal. 71. n. 1.* fideicommiſſum quoque ex cauſa alimentorum, quando filius vel filia ita gravati ad reſtituendum, aliunde, quo ſe pro modo honeſtati perſonarum congruo ſuſtentent, non habeant, diminuitur, & res reſtitutioni ſubjecta rectè alienatur; etiamſi id Aſcendentibus, aut pro conſtruendo templo ad aliam vè piam cauſam fuiſſet relictum. per *auth. Res quæ C. Comm. de leg. ubi* Bart. & alij quô etiam facit. *Auth. contra cum C. ad Trebell.* (19) Sic etiam aliæ res aliâs alienari prohibitæ pro alimentis ſummè neceſſarijs dari & diſtrahi queunt. Dd. *in l. divi de leg. 2.* Ita pro alimentis pauperum fame preſſorum res ſacræ vendi jubentur. *in l. 21. C. de SS. Eccleſ.* juncto *c. aurum. 12. q. 2.* Schneidevv. & Dd. comm. *ad §. 8. I. de R. D. n. 5.* Tutor & curator pro neceſſarijs alimentis pupillo ſ. minori præſtandis res tàm immobiles quàm mobiles pupilli, *l. 12.*

Non conferuntur.

Res alienari prohibitæ ob alim. alienantur.

ibi. Dd.

ibi. Dd. *C. de præd. min.* & ob eandem cauſam Abbas Eccleſiæ ſuæ, quæ in multis cum minore natu comparatur, bona cauſâ cognitâ, debitiſque adhibitis ſolennitatibus indiſtinctè alienare poſſunt. Teſſ. *deciſ. 99. n. 5.* Gudel. *de I. Noviſſ. lib. 6. c. 14.* idem ad ad feuda quoque commun. extenditur, quæ in extremæ neceſſitatis caſu alienabilia fiunt; quod etiam Domino invito, modò legitimè ipſius conſenſus ad id requiſitus fuerit, procedere puto, ſecundum *l. f. C. de I. Emphit.* quod latè probant Menoch. *de Arbitr. l. 2. c. 2. caſ. 182. per tot.* Teſſ. *d. deciſ. n. 5.* plures conſentientes, ut & non pauci diſſent. videri poſſunt *in diſſ. meâ de Amiſſ. & devolut. Feudi th. 31. lit. H.* (20) In rerum penuria famis & indigentiæ publicæ conſulendæ cauſâ cogi quis poteſt vendere invitus frumenta & alia ad alim. hominum neceſſaria, per *l. 1. §. cura carnis. ff. de off. præf. urb.* eodem caſu etiam rectè à magiſtratu præcipitur, ne quis ultra indigentiam, aut pretium ſtatutum emat. ex Cyn. Bald. Salic. Oldr. Gomez. *in Reſolut. tom. 2. c. 2. n. f. lit. R.* add. Mynſing. *c. 5. obſerv. 27. per tot.* Faber. *de alim. p. 151.* (21) in ſumma rerum egeſtate conceſſum quoque, ut aliquis ex bonis ſequeſtratis, imò & ex confiſcatis aut publicatis tantum percipiat & reſervet, quantum, ne ſibi cùm ſuis fame pereundū ſit, neceſſe putabitur. Guid. Pap. *deciſ. 81. inf.* Bart. *de al. n. 44.* Surd. *privil. 95.* add. Col. *d. l. n. 58.* per *l. 8. 10. ff. de cap. min. l. 11. de al. leg. l. 60. § f. de cond. l. 23. §. 1. de ſerv. R. P. l. 6. de I. F.* & *c. 5. §. cum autem de pœnis in 6.* (22) Alimentorum cauſa filius patris voluntatem impunè infringere poteſt, & quandoq; tenetur. vid *ſupra th. 17.* Teſſ. *dec. 211. n. 3. causâ enim neceſſitatis obedientia ſpernitur. c. 2. de obſ. ieiun.* Gomez. *d. l. n. 3. 4.* (23) Alimenta in oppigneratione tacita & in executione regul. non continentur. *arg. l. 6. ff. de pign.* Neguſant. *de pign. memb. 4. p. 2. pr. n. 151. verſ. quintò limit.* quò facit. *l. 7. & Auth. Agricult. C. quæ res pign.* (24) Si quis famis aut nuditatis intolerabilis neceſſitate adactus furtum non adeò magnum in comeſtibilibus, aut ad veſtimenta ſummè neceſſaria conducibilibus admiſerit, impunis dimittendus eſt, ſecundum. *c. 3. X. de fur. c. 26. de conſecr. diſt. 5.* junctô *c. 8. D. 47. Conſtit. crim. Car. V ti. tit.* ſtehlen in hungers Noht. *166.* Gomez. *d. l. n. 27.* Damhueder. *pr. crim. c. 110. de furto n. 30.* quapropter

propter nequidem, ſi modum in eo exceſſerit, facilè pœnâ ordinariâ, ſed leviore aliquâ erit afficiendus. per *d. conſtit. cr.* add. Schurpf. *conſil. 55. n. 5. & ſeqq.* & Coler. *d. l. n. 46. & aliq. ſeq. ubi* id præjudicio firmat.

XLVI.

(25) In favorem quoque alimentorum tum etiam ultimarum voluntatum introductum eſt, ne Tranſactiones de alimentis ex ultima hominis diſpoſitione alicui debitis aliter valeant, niſi (1) coram magiſtratu causâ cognitâ fiant *expr. text. in l. 8. pr. & per tot. ff. & l. 8. C. de Tranſact.* Ratio *in d. pr.* additur. *ne ſc. facilè modico præſenti contenti* futuræ vitæ ſubſidia remitterent incauti, *& ne ita per tranſactiones alim. interciperentur d. l. §. 6. in f.* jung. *l. 6. ff. de ceſſ. bon.* (2) vel per id alimentarij conditio evidenter melior fiat. *d. l. 8. §. 6.* (3) vel de alim. præteritis agatur, *l. 8. C. d. t.* quamvis ea ex ultima voluntate debita fuerint: favor enim & neceſſitas alimentorum in præteritis deficit, cum nemo in præteritum eſuriat & alendus veniat. Gotofr. *ad d. l. 8. C. lit. Z. & A.* Borcholt. *tr. de Tranſact. c. 3. n. 27. & aliq. ſeq.* Prætor præterea non nudè hic intervenire, ſed causâ cognitâ demum arbitrari debet. *d. l. 8. pr. §. 1. & pen. d. t.* In qua cognitione judici potiſſimùm tria attendenda erunt 1. quæ ſit tranſigendi cauſa, 2. qui modus 3. & quales tranſigentium perſonæ, *d. l. 8. §. 8.* quorum ſingula exempla, *in §. 9. 10. 11. & ſubſeqq.* adjunguntur. De hac nobili quæſt. quando ſc. Tranſactio de alim. valeat, vel minus, exquiſitiùs tractant. Menoch. *de Arbitr. c. 2. c. 170. per tot.* Borcholt. *d. l.* Zoëſ. *ad ff tit. d. t. n. 17. & ſeqq.* Cl. Dn. Præſes. *in Not. VVeſenb. ad d. t. n. 5.* Perez. *in C. eod. n. 6. & ſeqq.* Coler. *d. l. c. 1.* Gratian. Rom. *Diſcept. for. tom. 1. c. 435. n. 43. & ſ.* Ob alimentorum neceſſitatem favorabiliter quoque conſtitutum eſt, (26) Quod alimentorum præſtationi maximè ei, quàm ipſum jus naturæ, quod immutabile eſt, *§. f. I. de I. N. G. & C.* inter Aſcendentes & Deſcendentes conſtituit, vid. *l. 1. §. 3. in f. ff. de I. & l. 1. pr. de obſeq. par. patr. præſt. l. 4. in f. C. de p. pot. l. 5. §. 14. & 16. h. l. f. §. 5. C. de bon. quæ lib.* abrogari aut renunciari nullo modo queat: neque per Statutum, cùm civilis ratio naturalia jura corrumpere aut tollere nequeat, *§. f. I. de leg. agn. tut. §. 11. I. de*

De alim. non tranſigitur.

Alim. non renunciatur. Nec derogatur per ſtatutum

I. de

l. de hær. ab int. l. ſ. de cap. min. l. iura ſanguinis ff. de R. I. nec dici ſtatutū meretur, per quod jus naturæ minuitur. Brederod. *lib. ſent. iur. verbo. alimenta* per *l. 36. C. de inoff. teſt.* Alber. *de ſtatut. q. 4. verſ. item quæro.* Hillig. *ad Donell. d. c. 4. lit. A.* Neque per Conſuetudinem contrariam; cum talis quæ contra omne jus & honeſtatem non niſi impiè ſervetur, *c. f. X. de conſuet. Conſtit. Frider. 2. tit. 17. §. 1. arg. Auth. omnes C. comm. de ſucceſſ.* Suarez. *in Theſſ. commun. ſent. verbo Alimenta. n. 169.* Gail. *2. obſerv. 122. n. 12. & ſeqq.* Nec per Principis Reſcriptum. per ea quæ habet. Surd. *t. 1. q. 1. n. 12.* Neque pacto quis alimentis naturâ aut etiam ex vinculo conjugali ſibi debitis, utpote juri futuro & incerto renunciare validè quis poteſt, per *l. 8. ff. & C. de Tranſact. l. 34. ff. eod.* ita, ut judex non ſit obſtrictus, hanc partium voluntatem & conventionem ſequi. latè de his Coler. *lib. 2. c. f. n. 3. & aliq. ſeqq. & l. 1. c. 10. n. 44. cum ſeqq.* Faber. *de al. p. 155.* nequidem, ſi tali illicitæ pactioni juramentum acceſſerit, validatur, & nihilominus, alimenta debita in caſu indigentiæ peti poſſunt. *text. in c. 12. §. f.* junct. *c. 18. c. 23. c. 26. X. de iureiur. Auth. quod eis C. de Nupt. l. 112. in f. de leg. 1. l. f. ff. de ſuis & leg. hær. l. 3. C. de Collat.* H. Hartm. *t. 30. obſerv. 3. n. 12. et ſeqq.* Bart. *de al. n. 35.* VVeſenb. *conſ. 140. n. 75. et n. 8. vol. 3.* Gail. *2. obſerv. 147. n. 14.* Compromiſſum quoque ſuper alimentis futuris ſcil. ex ultimâ voluntate debitis, ſ. in arbitrum ſ. in arbitratorem ſ. in delegatum ſit collatum, invalidum eſt. per Gl. Alberic. Specul. Faber. *d. l. p. 157.* Rotg. Ruland. *de commiſſ. p. 4. lib. 8. c. 2. n. 42.* Coler. *d. c. n. 58. et ſeqq.* per *l. 13. §. 2. ff. de arbitr.* & *d. l. 7. §. ſed nec mandare 18. de Tranſact.* Hûc quoque referendum, quod jus alimenta percipiendi cedi nequeat, quia perſonæ cohæret *l. 57. §. f. ff. de uſufr.* nec ad hæredes tranſit, *l. 8. §. 10. de tranſ. l. 14. pr. de al. leg.* qualia cedi non poſſunt, per *l. 42. ubi* Bart. *n. 1. ff. de adm. tut.* junct. *§. 1. I. de uſ. et habit. l. 8. l. 11. ff. eod. l. 10. §. 1. Comm. div.* Coler. *d. c. n. 63.* quæ ſuperſunt alim. privilegia, potiſſimum ratione facilioris exactionis conceſſa *infra th. 49.* Petitioni alim. adjungentur.

Aut per conſuet. contrar.

Aut per Principis reſcriptum

Nec per pactum

De alim. non compromittur.

Ius alim. percip. non poteſt cedi

XLVII.

Tractationi de alimentorum privilegijs non adeò impertinenter videntur annecti *modi quibus coerceantur ad alimentandum*

alios

alios obſtricti, quando officio ſuo ſatisfacere renuunt; cùm etiam ex his multa in alimentorum favorem conſtituta ſint. Et quidem parentes, qui abſque gravi & approbata cauſa filijs ſuis neceſſaria vitæ ſubſidia denegant, quos ethnicis D. Paulus. *1. ad Timoth. 5.* deteriores cenſet, ipſis infanticidis æquiparant ICtus *in l. 4. h.* & D. Ambroſius, *c. 21. Q. 86.* meritò & nomine & jure parentum cenſentur indigni. jung. *th. 6. et 7.* atque tales improbi liberorum ſuorum deſertores, præter alias pœnas, quibus pro meritis ſuis à magiſtratu ſeculari coërceri ſolent, omni ſuâ in liberos poteſtate patriâ privantur, *c. un. X. de infant. et langund. expoſ. ibiq.* Gl. & Dd. it. Gl. *in l. 9. C. de p. pot. et in d. l. 4. h.* Menoch. *de arbitr. l. 2. c. 4. c. 396. n. 9.* Gudel. *d. I. Noviſſ. lib. 1. c. 13. verſ. porrò et c. 14. in f.* (cui communi Dd. ſent. ſubſcribere tamen non vult. B. Enenkel. *in priv. 1. c. 11. n. 8. et ſeqq.*) *nec enim ſuum quis dicere poterit, quem pereuntem contempſit l. 2. et 1. t. C. de infant. exp.* & conſequenter omnia lucra & acquiſitiones ex patria poteſtate ſibi aliàs obventuras perdunt, *arg. l. 28. pr. ff. de Teſt. tut.* Gl. *in l. 2. et 3. C. d. t. de inf. exp.* ex Panormit. & Pinell. Faber. *de al. c. 5. verſ. Ratione contrar. p. 152.* Itaque nec ad liberorum ſuorum, quibus in miſerijs & neceſſitatibus ſuccurrere noluerunt, ſucceſſiones admittendi; ſed ijs prorſus excluſis hæreditas cæteris cognatis proximioribus, qui ſcil. parentum officium ſupplentes pro virili illorum inopiam ſublevârunt, erit aſſignanda. *arg. l. 6. ff. h. Nov. 115. c. 3. verſ. 12. l. un. §. 3. C. de lat. lib. toll.* Modeſt. Piſt. *p. 2. q. 57.* Matth. Col. *p. 2. deciſ. 256. n. 1. et ſeqq.* Schneid. *ad l. 1. quib. mod. p. pot. ſolv. §. f. n. 2. et 3.* Pinell. *ad l. 1. C. de bon. mat. n. 57.* add. *th. 16.* atq; hæc non parum corroborat ſuâ ſanctione concilium Gangrenſe, *can. 14. Diſt. 30. ubi* ita, *Si quis dereliquerit filios ſuos, et eos non aluerit, et quod pietatis eſt, neceſſaria non præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putaverit, anathema ſit.* vid. Enenkel. *pr. 7. c. 1. n. 4. in f.* Filij autem adeò ingrati & improbi, ut parentibus ſuis inopibus neceſſaria alimenta ex ſuis bonis denegare non vereantur, ſi patr. pot. ſoluti ſunt, in eam ipſo facto recidunt, ſcil. quoad incommoda & onera. *arg. l. un. C. de ingrat. lib. ubi* Gl. Bart. *de alim. n. 9. et ad l. 6. §. 1. ff. h.* Imò etiam ob hanc cauſam legitimatum in ſtatum ſpurium redigendum, ex Baldo Iaſ.

(1) Pater liberorum deſertor patr. pot. privatur.

(2) Nec quicquam juris in eorum bonis retinet.

(1) Filius patrem non al. recidit in patr. p.

(2)

Iaſ. Tiraquell. tradit Faber *de al. d. c. p. 159.* Tùm etiam hâc alimentorum denegatione tàm atrox parenti infertur injuria, ut indubitatum ſit, propterea filium juſtiſſimè exhæredari, per *d. Nov. 115. c. 3. verſ. 9. et 12. ibi. obſequium ei et curam competentem non præbuerint.* Et quicunque ſpretâ infelicitate aut adverſâ valetudine parentis, filij ſ. alterius cognati, cujus ſucceſſionem ſperat, quoquo modo per culpam aut negligentiam id agit, ut is moreretur, ſ. non adhibendo medicum ſ. imperitum adhibendo, expectatâ hæreditate ſe reddit indignum. per *l. 3. ff. de his quib. ut indign. l. 22. §. 8. l. 10. ſol. matr. l. 31. §. 11. de Ædil. ed.* Carpzov. *d. tr. p. 3. c. 26. def. 25. per tot. ubi* hoc præjudicijs corroborat. add. Gudel. *d. tr. lib. 2. c. 8. verſ. notandum.* Dn. Franzkius *in comment. adſſita t. de inoff. teſt. n. 78.* Tuſchus *concl. 257. n. 5. et 85. tom. 1.* Sic etiam ob alimenta uxori non præſtita maritus dote, alijſque lucris ex uxoris bonis ſibi aliàs competentibus privatur, *ex doctrina* Iaſon. *ad l. 10. §. 1. ſol. matr.* Matth. Berlich. *p. 3. concl. 36. n. 46.* Matth. Coler. *dec. 257. n. 5.* Schneidevv. *ad l. 1. de ſucceſſ. ab inteſt. de ſucceſſ. coniug. n. 25.* ut & per ea, quæ modò dicta ſunt, ejuſdem hæreditate, ſ. teſtatò ſ. ab inteſtatò ipſi ea competat; quod eò certiùs obtinet, ſi ob iſtam negligentiam; & neceſſariorum ſubtractionem mors uxoris cauſata & ſubſecuta fuerit. Schneidevv. *d. l.* Mod. Piſt. *p. 2. q. 57. n. 3.* ſecus verò eſt, ſi maritus aliquantulum in ſubminiſtratione alimentorum ceſſaſſet. *arg. l. 22. §. 8. ſol. matr.* Coler. *d. d. n. 6. et modò cit.* quos ſequitur Dn. Carpzov. *d. p. 3. c. 26. def. 5. per tot. eleg. reſponſo ſubnexo.* Tutor de alimentis pupillis non providens ut ſuſpectus removetur, & mittitur pupillus in poſſeſſionem bonorum tutoris poſſ. cauſa, ut ipſi de mala adminiſtratione eô rectiùs cautum ſit. *§. 9. I. de ſuſpect. tut. l. 3. §. 14. eod. l. f. ff. ubi pupill. educ. deb.* add. M. Piſtor. *p. 1. q. 6.* Plures ejuſmodi coercendi modos, atque damna, quibus alendi obligationi non ſatisfacientes affici ſolent, in ſuperioribus ſubinde obſervare licet, quæ omnia jam nunc repetere, non videtur operæ pretium. Porrò tamen notandum, quod non tantùm hiſce pecuniarijs damnis, verùm etiam officio & ſententiâ judicis præcisè ad debitorum alimentorum ſolutionem adigantur. *l. 5.*

Et ob id exhæredatur.

(3)

Vir uxorem deſerens perdit omnia lucra ex ejus bon. aliàs compet.

Tutor pupill. non alens quomodo coerceatur.

§.4. §. 10. f. ff. l. pen. et f. C. h. l. 9. C. de p. pot. Solet autem judex ſuo juſſui in hac cauſa non parentes non tàm alijs & durioribus remedijs, quàm capturâ & diſtractione pignorum ad obedientiam compellere. text. *in d. l. 5. §. 16. h. l. l. §. 3. de inſpic. ventr. ubi* mulcta additur: quod autem de diſtrahendis pign. dicitur, id ſemper neceſſarium non eſt; ſi enim adſint fundi, aut res aliæ fructum annuum ferentes, tùm poteſt judex victori tantum aſſignare, ex cujus reditibus alimenta ſuâ manu percipiat. add. Coler. *d. l. n. 4.* & *th. 43. in f.* Quod ſi verò mors alimentarij ex denegatione iſta alimentorum ſubſequatur, pro ratione admiſſi aliquando animadverſione extraordinaria, *l. 2. ubi Gl. C. de inf. expoſ. l. 1. §. pœna & ibi Gl. ff. h.* junctâ *l. 1. §. 1. de inſp. vent.* aliquando ingraveſcentibus circumſtantijs ultimo quoque ſupplicio afficiendi erunt, quod expr. probatùr *conſtit. cr.* Car. V. *c. 132. his verbis.* So ein Weib jhr Kind/ vmb das ſie es abkähme/ von jhr legte/ vnd das Kind würde funden vnd ernehret/ dieſelbe Mutter ſoll/ wo ſie des überwunden vnd betreten wird/ nach raht der verſtändigen geſtrafft werden. Stirbt aber das Kind von ſolchem hinlegen/ ſoll man die Mutter/ nach gelegenheit des gefährlichen hinlegens am Leib oder Leben ſtraffen. add. Iul. Clar. *§. fin. q. 13. verſ. partum* 7. B. Enenkel. *d. pr. 7. c. 4. n. 3.*

Judex præciſè cogit ad al. obl.

Vel captione pignorum

Aliquando pœnâ extraord. aut etiam ult. ſupplic.

XLIIX.

Agendum nunc tandem erit *de petitione & repetitione alimentorum, deq; iis, quæ circa proceſſum in hac cauſa ſingulariter ſunt conſtituta.* Alimenta autem cùm ex varijs cauſis debeantur, non uno quoque & eodem modo, ſed partim actione & proceſſu ordinario, partim extra ordinem ſummariè & de plano petuntur, & obtinentur. Quandoque judex etiam non requiſitus officium ſuum interponit, per *l. 89. pr. ff. ad l. Falcid. Nov. 131. c. 11.* quando nimirum perſonis ſummâ inopiâ & miſeriâ laborantibus ilicò ſubveniendum eſt, *arg. l. 4. §. 5. ff. de off. proconſ. l. 28. §. 1. C. de adm. tut.* Ioh. Bapt. Aſin. *de proceſſ. exec. §. 3. c. 203.* B. Enenkel. *d. pr. 7. c. 4. n. 2.* quod in omnibus pijs cauſis procedere, latè oſtendit Tiraquell. *privil. 152.* Quando actione & proceſſu ordinario inſtituto alimenta exigi debeant, priori loco attingere viſum fuit: hoc autem modo alimenta quæcunque ex conventione,

Judex non requiſitus aliquando alim. decernit.

contractibus, aut quaſi contractibus, ſ. ſecundariò ſ. etiam principaliter de ijs initis, alicui competunt, petenda; ſunt cum enim in his non tam neceſſitatis & inopiæ, quam lucri pecuniarij ratio inter contrahentes habeatur, multa ſingularia circa has obligationes conſtituere, opus quoque non fuit: pro ejuſmodi itaque alim. conſequendis actio ex contractu celebrato competens, ex ſtipulatu ſc. aut præſcriptis verbis, negotiorum geſt. depoſiti, mandati aut condictio aliqua intentari debet. Bart. *ad l. 18. §. 1. de alim. leg.* ex Specul. Mynſing. *c. 1. obſerv. 63. in f.* Coler. *lib. 3. c. 1. n. f. & c. 8. n. 8. & aliq. ſeqq.* Deinde etiam alimenta in ultima voluntate alicui relicta actione ex teſtamento propoſitâ aut hypothecariâ *l. 2. l. 12. & t. t. ff. de al. leg.* Mynſing. *d. l.* Surd. *t. 3. q. 4. per tot.* Natta *conſil. 387. n. 3.* Menoch. *conſil. 231. n. 33.* Garz. *de expenſ. c. 4. n. 30. & ſeqq.* add. Coler. *lib. 3. c. 2. n. 12. ubi* probat, quod in his alim. legatis ſummariè quoad proceſſum, plenariè vero quoad probationem procedatur. jung. *th. ſeq. verſ. inter alia.* Porrò circa alimenta his duobus modis debita notandum, quod eorum obligatio & exactio in & contra hæredes ſemper tranſeat, nec à debitore tantum, ſed etiam à primo & ſecundo ejus hærede rectè exigantur. per *l. 18. §. 1. de al. leg. ibiq.* Bart. Nec quoad hujus generis alimenta vulgata diſt. inter præterita & futura aliquem locum aut uſum habet; his enim ex cauſis, alim. conſtituta non minùs efficaciter de præterito quàm de futuro petuntur. per *d. l. 18. ibiq.* Gotofr. Bart. & Dd. comm. *l. 10. §. 1. eod. l. 36. in f. & l. 37. de uſufr.* add. Modeſt. Piſt. *p. 2. q. 58.* Surd. *t. 5. n. 39. cum ſeqq. & t. 9. q. 4. n. 7.* Dn. Carpzov. *p. 2. c. 10. def. 31.* Limitandum autem hoc ipſum, ut, ſi ad certum tempus aut in ſingulos annos alim. relicta ſint, alimentario ante tempus finitum mortuo, ad hæredes ejus non tranſmittantur, cùm non unum ſed plura legata contineant, quæ quidem primo anno purè, ſeqq. autem ſub hac conditione, ſi vivat, debentur. *text. in l. 4. de annuis leg.* Sic quoque alimenta ex delicto vulnerato competentia dicto modo ordinario peti, & tàm præterita quàm futura impendia neceſſaria præſtari debent. vid. *th. 28. verſ. obligatur.* junctâ *l. f. ff. qui eff. vel deiec.* Carpzov. *pr. crim. p. 2. q. 99. n. 4. & ſeqq.* quæ tamen expenſæ ab hæredibus vulnerantis peti non

Ex ult. vol. deb. act. ex teſtamento.

Nec quoad his 2. mod. deb. diſt. inter præter. aut futura

Alim. ex delicto præſt. modo ordin. pet.

poſſunt

poſſunt, ſi delinquens, antequàm lis inchoetur, deceſſerit *l.un. C. ex del. def. in quant. hær. arg. l. 7. cum præced. ff. de alien. iud. cauſ. f.* idem autem obtinet, quando per pœnam publicam & corporis inflictivam crimen vindicatum ſit, cum eô de jure noſtro perſecutio civ. ad damnum & intereſſe non tollatur. Ferin. *tr. crim. q. 1. n. 64. & ſeq. q. 10. n. 61. q. 22. n. 30.* Schneidevv. *in §. 10. n. 2. I. de iniur, & § 11. adt. de leg. Aquil.* Quando verò ex legis diſpoſitione tantum alimenta debentur, ſeparanda ſunt præterita à præſentibus & futuris; cum enim hominis vita non ex præteritis ſed ex præſentibus pendeat & ſervetur, dum nemo in præteritum ali poteſt, atq; ita alimentorũ rationem & neceſſitatem habere præterita deſierint, ſequitur, ut ceſſante cauſa, ceſſent quoq; ea quæ ob eam introducta ſunt. Surd. *t. 8. pr. 2. in f.* In hujuſmodi itaque alimentorum præſtatione præteriti temporis ratio nulla habetur, & ſi quis aliunde vel ex propriâ induſtria, vel erogatione & donatione aliorum, vel alio quocunque modo ſe aluerit, fruſtra ad alimenta præterita ſibi præſtanda contra parentes aut alios ita obligatos aget. Clem. *de p. pot. eff. 17. n. 62.* Mod. Piſt. *p. 2. q. 58. n. 1.* Surd. *t. 5. q. 1. n. 43.* Cl. Dn. Præſes. *ad VVeſenb. t. de obſeq. par. praſt. in f.* idipſum tamen in aliquibus caſibus limitandum venit. (1) quando quis alimentorum nomine æs alienum contrahere coactus fuerit. Dec. Alex. & alij *in l. 8. C. de Tranſact.* dummodo illud debitum nec alimentorum ſufficientiam, nec morem & facultatem obligati exuperet. per *l. f. ff. de in rem verſ. l. 7. §. 13. ff. l. 5. C. ad Maced. l. 5. per tot. h.* Matth. de Afflict. *dec. 10. n. 4.* Surd. *d. l. n. 46.* (2) Si alimenta non tantum jure ſanguinis, ſed etiam ratione operarum, dotis, ſimiliſve alicujus cauſæ contemplatione debeantur. Surd. *d. q. n. 67.* quem ſequitur Dn. Carpzov. *d. l. c. 10. defin. 30. in f.* (3) Aut ſi certa ſumma aut portio alicui ex bonis obligati aſſignata ſit. (4) Aut ſi ea in legitimam ratione conſuetudinis aut ſtatuti deputata fuerint. Socin. *conſil. 37. lib. 4.* Molin. Bald. & alij *cit.* Tuſcho. *concluſ. 299. tom. 1.* & Dd. modo cit. latè de his Coler. *l. 3. c. 4. n. 11. & ſeqq.* atque in his caſibus præterita talia alimenta ordinariâ act. & proceſſu exigenda ſunt. Iaſon. *in l. 8. C. de tranſact.* Marant. *in aur. prax. p. 4. diſt. 9. n. 168.*

Alim. ex l. debita de præterito temp. non petuntur.

(1) Limit.

(2)

(3)

(4)

Alim. præſent. & futura, quomodo pet.

De alimentis (præſentibus & futuris) ex legis diſpoſitione ratione ſanguinis, & æquitatis naturalis debitis, quorum favor & neceſſitas tot & tanta privilegia meruit, reſtat videre, quomodo in judicio ea exigi debeant: Atque cum hæc alimentorum cauſa dilationem nullam patiatur, omnia circa horum exactionē & proceſſum eô ordinata ſunt, ut quàm celerrimè h. negocium peragatur. Hinc eſt, quod etiam lite pendente talia decerni ſoleant. *l. 9. de l. delib. l. 5. §. 12. h. de quibus ſupra th. 11. & 32. cum ſeq.* Hiſce porrò in naturali æquitate maximè fundatis obligationibus equidem nec à jure Gent. nec Civ. tale intrinſecum fomentum, vis & forma peculiaris, ut inde certa & ſolennis actio naſceretur, addita eſt; attamen aliud non minus utile & efficax perſequendi mediū ex legibus competit, *Imploratio ſc. officii iudicis. l. 5. h. per tot. l. 50. in f. ad Treb.* quod offic. ut Dd. loquuntur, matrem habet æquitatem, h. e. quod deficiente actione, ubicunque æquitas ſuggerit implorandum datur. per *l. 38. l. f. ff. de pet. hær.* Natta *conſ. 534. n. 6.* Rol. à Valle *conſ. 1. n. 55. vol. 1.* add. Merckelb. *ap. Klockium d. cōnſ. 129. n. 4. 5. 6.* Surd. *t. 5. q. 1. n. 14. cum ſeqq. et t. 5. q. 1. n. 52. cum ſeqq.* Cujus autem judicis officium in hac cauſa implorandum veniat, neceſſe eſt ut ſtatim inveſtigetur: atque circa hanc quæſt. non levis Dd. diſſenſiò eſt. Quidam enim quod in hac cauſa non niſi Eccleſiaſticus, imprimis ſi de ſpurijs alendis agatur; alij quod promiſcuè tàm ſecularis quàm eccleſiaſticus judex adiri poſſit, ſtatuunt: poſterior ſent. probabilior videtur, per *c. 38. X. de off. deleg.* junct. *c. 15. X. de for. comp. c. 11. eod.* quia etiam legatum ad pias cauſas coram utroque judice peti poteſt. per *l. 50. ubi* Dd. *inf. de pet. hær.* Alex. *conſil. 170. n. 1. vol. 2.* Rectiùs tamen videtur ille conſtitui hic judex competens, cujus fundatur juriſdictio ratione ſubjectionis & fori, domicilij ſcil. contractus, delicti admiſſi, aut ſituationis (rei ex qua alimenta præſtanda) per *iura vulg. l. f. C. ubi in rem act. l. un. C. ubi de hær. ag. op. l. 2. et 5. C. de Iuriſd. omn. iud. l. f. verſ. nil. prohibet C. de praſcr. long. l. 10. ff. de R. Vind. l. 19. §. 1. 2. 4. de iudic. l. 8. eod. l. 14. de Iuriſd. l. 14. C. de ſent. et interl. l. 1. C. ubi de crim. ag. oport.* Cl. Dn. Præſes, *ad VVeſenb. t. de iudic. n. 16.* ſ. is ſecularis, ſ. eccleſiaſticus

Pro ijs conſeq. datur implorat: off. judicis:

Iudex compet. h. eſt cujus Iuriſd. ſubeſt debitor

ſiaſticus fuerit. *X. t. t. de for. comp.* In quibuſdam tamen caſibus, etiamſi debitor laicus & juriſdictioni ſecularis ſubſit, cognitio hujus cauſæ ad Eccleſiaſticum potiùs pertinet. Quando ſc. ſecularis non præſens, aut in adminiſtranda juſtitia negligens, per *c. 6. c. 11. ubi* Gl. *& c. 15. X. de for. comp.* aut moribus in pijs cauſis ita receptum ſit, *text. in c. 10. d. t.* aut debitorum quidam ſint clerici. Bart. *in l. 5. n. 14. de alim. leg. & l. 32. §. 5. in f. C. de appell* quem Dd. comm. ſequantur. vid. Col. *lib. 5. c. 7. n. 21. & illo cap. per tot.* Faber. *de al. c. 4. p. 330.* Teſſ. *d. 211. n. 4.* Cæterùm inter alia, quæ in favorem alimentorum conceſſa ſunt, notiſſimum & utiliſſimum ferè eſt; quod *hac cauſa extra ordinem. ſ. ſummarie*, cùm hic maximè celeritate opus ſit, *tractanda & finienda ſit, d. l. 5. §. 8. ib.* Gotofr. *h. Ord. cam. imper. p. 3. t. 3.* §. item ſo eine Partheÿ begehrt Leibs-Nahrung. Marant. *in aur. ſpec. d. p. 4. diſt. 9. n. 52.* Aſc. Clem. *d. eff. 17. n. 57.* cum autem cauſa aliqua potiſſimum duobus modis ſummaria dicatur, reſpectu ſc. ordinis procedendi, & probationis faciendæ; hìc utrumque locum habet. Nec enim hic plenæ & exquiſitæ exiguntur probationes, ſed ſemiplenæ quandoque ad victoriam obtinendam ſufficiunt, *l. 1. §. 14. de ventr. in poſſ. mitt. l. 3. §. 4. de Carbon.* jung. *th. 11.* nec quoque omnia judicij ſolennia tam anxiè & exactè ſunt obſervanda. add. *Clement. Diſpendioſam. de iudic. & Clem. Sæpe. de V. S.* Itaque in hac cauſa citatione non niſi unicâ opus eſt. Gl. *in d. c. ſæpe, verbo citationem.* Alciat. *conſil. 131. lib. 5.* Induciæ debitorum coarctandæ, dilationeſque non facilè admittendæ ſunt. per *l. 2. de fer. l. 2. ff. de re iudic.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. q. 52. n. 12.* Libellus ſolennis non requiritur *ſecundum d. c. ſæpe.* Pontan. *c. 2. n. 23.* Surd. *t. 8. pr. 2. n. 2. & ſeq.* multò minùs libellus ob ineptitudinem reijcitur, & ſufficit qualis qualis petitio, dummodo talis ſit, quæ non impediat reum conventum, quô minùs poſſit deliberare, utrum cedere vel contendere debeat: latè de his Coler. *lib. 2. c. 2. à n. 11. uſq. ad ſ.* Teſtium repulſa regul. non admittitur. Mar. *d. tr. p. 6. t. de teſt. rep. n. f.* Matth. de Afflict. *dec. 351. n. 6.* per *l. 10. de his qui ſui vel. al. l. f. C. de Ed. D. Hadr. toll.* Sententia, quâ pronunciatur, ali oportere, ſuſtinetur, & pro certa habetur; nec intereſt, utrum judex talem ſententiam ex breviculo recitet, an

In quibuſdam caſib. judex Eccleſiaſticus potior.

Alim. cauſa ſummaria eſt.

Tam quoad probat. quàm ad ord. proceſſ.

oretenus ſaltem pronunciet, actorem à reo ali debere; item utrum ſtando vel ſedendo, die vel noctu pronunciet, quæ omnia ut in judicijs communiter recepta latè probat Coler. *d. l. 3. c. 14. per tot.* A ſententia pro alimentis ſ. ex ult. voluntate, ſ. ex lege debitis latâ non admittitur appellatio, ſc. quoad effectum ſuſpenſivum; devolvitur quidem eo modo cauſa ad ſuperiorem, interim autem judex à quo ſuam ſent. ex condemnati bonis victori alimenta decernendo exequitur. per *l. ſ. ff. de appell. rec. l. 27. §. 3. ff. de inoff.* Socin. *in Fallent. R. 40. verſ. 21.* Matth. de Afflict. *dec. 152. n. 3.* Pontan. *c. 19. n. 3. & ſeq.* Porrò ut quivis alimentorum percipiendorum capax eſt, ſupra, *th. 44. n. 2.* ita etiam ab ijs in judicio petendis nemo repellitur, quamvis aliàs locum ſtandi in judicio non habeat; quales ſunt ſervi, fœminæ, minores 25. annis, monachi, filijfam. *l. ſ. pr. verſ. neceſſitate C. de bon. quæ l. b. tit. C. qui leg. perſ. ſtand. in iud.* ita ut filio in hac cauſa contra ipſum patrem litigare conceſſum ſit, *d. l. 5. pr. ff. l. ſ. C. h.* contra *l. 4. ff. de iudic.* Socin. *Reg. 224. fall. 2.* add. *l. 3. inf. ad L. Iul. de annor. l. 113. §. 1. ibiq.* Gl. *de leg. 1. l. 17. de al. leg.* atque in hoc caſu aliquis pro alio intervenire poteſt, etiam ſine cautione de rato. Pontan. *c. 12. n. 3.* Coler. *d. l. 3. c. 3. per tot.* Huc etiam pertinet, quod Reus in alim. cauſa alijs probationibus deficientibus inſtrumenta ſua actori edere teneatur. Surd. *d. t. 8. pr 3. per tot.* item, quod feriæ ſ. in honorem Dei, ſ. ob utilitatem hominum introductæ in h. cauſa non ſerventur. *l. 2. ff. arg. l. 6. & 7. C. de fer. c. 5. & ſ. X. eod.* Socin. *in fall. R. 382. pr. 22.* Everhard. *in loc. topic. leg. 69. n. 3.* Gail. *1. obſerv. 53. n. 13.* Surd. *pr. 2. per tot.*

L.

De *Repetitione alimentorum* jam antè præſtitorum, quando & quomodo illa locum habeat, proximè dicendum ſequitur. De his autem talis regula à Dd. communiter conſtituitur; quod qui alimenta præſtiterunt ei, quem aliàs alere non tenebantur, licentiam habeant ea repetendi. per *l. 10. ff. de neg. geſt.* Nec enim ſuum quis jactare, ſed potiùs credendi, & utiliter alicujus negocia gerendi animus præſumitur, *l. 25. pr. ff. de probat. l. 5. §. 14. h. l. 2. l. 15. l. 34. ff. de neg. geſt. l. 1. l. 11. l. 13. l. 15. C. eod.* quod procedit, licet quis invitus ab aliquo nutritus aut curatus fuerit,

Reg. de repetit. alim.

alen-

alentemque ſub proteſtatione, quod nullos ſumptus ipſi reſti-tuturus ſit, prohibuerit, cum talis meritò pro furioſo habeatur, cujus voluntas nulla & non attendenda eſt. *arg. l.27. pr. de condit. inſtit. c.f. X. de ſucceſſ. ab int.* juncto *cap. 24. §. ſi duo 23. q. 4.* Garz. *de Expenſ. c.21. n.2. & 3.* add. Surd. *t.6. q.1. & ſeqq.* Speckhan. *cent.1. q. 32. n.6.* Quicquid autem in hanc cauſam utiliter impenſum fuerit, actione neg. geſt. repetitur, vel ab ipſo alimentario ejuſq; hæredibus, hæc enim actio, cum rei ſit perſecutoria, tàm activè quàm paſſivè in hæredes tranſit. *l.17. C. l.3. §.7. ff. neg. geſt. l.20. eod.* vel etiam ab eo, qui aliàs ad alimentandum fuerat obſtrictus. per Gl. Bart. Bald. Caſtr. Tiraq. Faber. *de al. c.f. p.231.* Sic alimenta mater aliquando repetit à marito filij nutriti patre, vel ab alijs in id obligatis, *l.5. §.14. h. ubi* Gl. *l.34. ff. l.15. C. de neg. geſt.* dummodò tamen modum debitum non exceſſerit, aut affectu materno & donandi aliquid in eum non erogaverit. Natta *conſil. 108. n.7.* Ioh. à Sande *deciſ. Friſ. lib.2. t.8. def. 5. in f. ubi* pl. citat. Carpzov. *p. 2. c. 10. def. 24.* Tulden. *in C. h.t. n.6.* per *l.33. l.31. §.8. & f. ff. de don. int. vir. & ux.* hûc facit. *l.2. in f. l.11. l.f. C. de neg. geſt.* jung. *ſupra th.12.* Non facilè autem ea, quæ in liberorum educationem erogavit, repetit *pater*, ut qui omnium firmiſſimè ad alendum ſit obligatus; qui enim officio ſuo fungitur, repetitionem non habet, per *l.5. l.15. C. de neg. geſt.* Everh. *in loc. t. leg. 70. n.8.* niſi fortè ampliora impendia non donandi (quod tamen ſemper hìc præſumitur) ſed repetendi animo feciſſet. *arg. l.50 fam. erciſc.* jung. Gotofr. *add. l.11. C. de neg. geſt.* qui inter ſumptus in filiorum perſonas & in res eorum erogatos diſtinguit, hoſque illis poſtponit. vid. Surd. *t.6. q.1. n.13. & ſeqq.* aut quando pater egere incipit, filius autem divitijs abundet. Gl. & Dd. *in d. l.34. de neg. geſt.* Faber. *de al. d. l. p. 232.* aut quando alendi onus à patre ad alium ſit tranſlatum, ut ſi filiam dotatã alicui in matrimonium dederit, modò illa in officio ſuo & mariti obſequijs maneat. Col. *d. l. n.17. per ea quæ ſupra th.17. 18. & 38. verſ. hinc autẽ, dicta ſunt*, aut liberi bona ſeparata materna ſ. aliunde quæſita habeant, unde ſibi proſpicere valent. Sic etiam *Aſcendentes paterni & materni* in nepotes erogata à filio & filia idoneis exiſtentibus repetendi facultatem habent. *Filius* quoque, quæ

Mater quando repetat.

quando pater.

quæ in perſonas & res parentum ex ſuo peculio impendit, repetit, etiam quando eorum bona adminiſtravit. Bald. & alij *in l.12.C. de neg.geſt.* Maſcard. *de probat. concluſ. 76. & 157.* Item *Frater*, quæ in alimoniam ſororis aut fratris impendit, aliquando repetit. *l.16. d.t.C. de neg.geſt.* Menoch. *de Arbitr. lib.2.caſ.88.n.25.* Quando *maritus* impenſas in uxorem, *uxor* ea, quæ in maritum, & quæ *ſocer* in utroſque erogavit, repetere poſſit, pleniùs tractant Surd. *d.t.6.q.2. & aliq.ſeqq.* Coler. *d.c.5.n.36.cum multis ſeqq.* atque de his ex *ſupra th.17. & ſeqq. allatis* judicari quodammodo poterit.

Vitricus reg. repetit. *Vitricus* alens privignos ſumptus vel ab ipſo privigno vel ab ejus matre repetit, nec facilè alimenta affectu paterno & donandi animo præſtita eſſe, præſumitur; cùm nulla inter eos neceſſitudo intercedat. per *l.15.C.de neg.geſt.* niſi privignus contrarium probare poſſit, indubio enim præſumitur potiùs, eum à vitrico aut noverca odio haberi, ut propterea nequidem facile educatio privignorum ijs committenda ſit. *l.1.ff. & C.ibiq.* Gl. *ubi pupill. ed. deb.* Cravett. *conſil.142.n.18.* Maſcard. *de prob.concl.531. n.62.* Menoch. *d.l.n.13.* latè de his Surd. *d.t.q.11.ubi h.* aſſert. aliq modis limitat. Col. *d.c.5.n.22.cum ſeqq. & l.1.c.4. à n.23.ad f.* vid. *th.8.inf.*

Ut & Tutores. Minor dubitandi ratio erit de *Tutoribus & Curatoribus*, ut & omnibus alijs extraneis, ad alendum nullo modo obligatis, quin omnia, quæ utiliter in alimenta pupillorum aut aliorum, quorum res geſſerunt, impenderint, repetere poſſint: cum præterea nihil minùs contra hos quàm donandi animus præſumatur. *text. in l.f.C. de alim.pupill.praeſt.* Surd. *d.t.q.7.* add. Menoch. *d. caſ.88.n.1. & aliq ſeqq.* Garz. *de Expenſ.c.4.n.26.* Æſtimatio autem alimentorum reſtituendorum fieri debet non ſecundum adjunctum laborem & moleſtiam, ſed impenſos neceſſarios ſumptus tantùm, Pontan. *c.8.inf.* niſi ob laborum multitudinem res propriæ alenti negligendæ fuerint, indeque notabile damnum inpropriâ re familiari perpeſſus ſit. Mynſing. *cent.1.obſ.2.* Bapt. Aſin. & alij cit. Fabro. *inf. tr. de al.* vid. *th.27. & 31.*

LI.

Cùm porrò diſquiſitio de alimentis repetendis maximam partem in conjecturis & præſumptionibus fundata, ex ijſq; decidenda ſit, ita ut perſona, cui ex lege alendi onus incumbit,

bit, aliter eas impenſas repetere neqveat, niſi conſtet non donandi ſed repoſcendi animo talia ſuppeditata fuiſſe, Dd. ad & per *l. 15. C. de neg. geſt.* Fab. *d. c. verſ. ſecundum* Menoch. *d. l. n. 20.* operæ pretium duxi, præcipuas cauſas & circumſtantias ex quibus de animo alentis dijudicari poteſt, & debet, *hac theſi* enumerare. Quamvis itaque donatio aliàs non præſumatur, ſed error potius aut fatuitas, aut quævis alia interpretatio ad evitandam eam admittatur, per *l. 25. de prob. latè* Menoch. *d. c. 88.* in favorem tamen alimentorum ab iſta juris regulâ multis conjecturis receditur, quæ cùm in facto conſiſtant. *l. 14. §. 7. de relig. l. 47. de d. n. int. vir.* judicis arbitrio ponderandæ relinquuntur. confer. Carpzov. *d. c. 10. def. 16.* Inter ejuſmodi juris præſumptiones primo loco merito collocatur. *Conſanguinitas aut affinitas*: atque quö arctiùs & proximiùs quis ſanguine mihi junctus eſt, eo fortiùs præſumitur, alimenta, quæ mihi præſtitit, caritatis & pietatis intuitu, non vero animo ea credendi, & recuperandi eſſe ſubminiſtrata; niſi hæc aliâ fortiori præſumptione aut probatione elidatur, per *l. 1. 11. 15. C. l. 15. 27. §. 1. 34. ff. de neg. geſt.* Gl. & Iaſon *in l. 33. ſol. matr* Bald. *in l. 13. C. de fam. erciſc.* Cravett. *conſil. 80. n. 2. & ſeqq.* quod eô certiùs procedit, quando hæc præterea alijs conjecturis adjuvatur. Menoch. *d. l. n. 10.* per *l. 26. de prob.* Cujuſmodi ſunt (2) *Tenuitas impenſarum*, & ſi fortè alimenta per modicum tempus præſtita fuerint. *arg. l. 12. l. 15. de impenſ. dot* Gl. Bart. & alij *in l. 34. de neg. geſt.* Garz. *de expenſ. c. 4. n. 24. & c. 8. n. 28.* (3) *Nobilitas, & divitiæ alimentantium. l. 33. ibi* Gl. & Gotofr. *lit. K. de leg. 2.* ex Alciat Bart. Bald. Menoch. *d. l. n. 30. & ſeq.* (4) *Lapſus multi temporis*, in quo nulla proteſtatio, nec alia animi declaratio aut annotatio facta fuerit, per *l. 63. de Re iudic. l. 38. de don. int. vir.* Afflict. *dec. 13. n. 12.* Ruin. *conſil. 162. n. 10. lib. 3.* maximè ſi quando rationes ſæpiùs calculatæ, nec tamen unquam alimentorum præſtitorum mentio facta fuiſſet. *text. in l. 26. de prob.* Socin. *conſ. 61. n. 14.* Menoch. *d. l. n. 16. & ſeqq.* (5) Hûc referunt *Servitia per alimentarium præſtita*. quæ ſi alicujus momenti fuerint, alitori, qui commodum inde accepit, alimentorum ſumptus repetenti exceptio compenſationis objicitur, Coler. *lib. 3. c. 5. n. 24. & ſeqq.* vid. *ſupra th. 41.* add. Carpz.

Quomodo animus donandi præſum.

M *d. c. 10.*

d.c.10.def.27. (6) *Singularis amor & amicitia*, quæ ſæpiùs conſanguinitati præponderat, *arg.l.44.ibiq.* Dd.*ff.de neg.geſt.* & alimenta amico ſummo ejuſvè filio præſtita præſumuntur donata, ex comm.Dd.opinione. Alex. *conſil.110.in pr.lib.7.* Menoch. *lib. 3.praeſ.124.n.27.* & *ſeqq.* & *de Arbitr.d.c.88.n.50.* Faber. *de alim. c.f.verſ.ſciendum.* (7) *Remuneratio, mutua* hoſpitatio & officiorum præſtatio. *l.12.§.8.in f.ff.Mandat.* junctâ *l.25.de pet.hær.*

Miſeratio-nis cauſâ data non rep. Coler. *d.c.5.n.28.* (8) Sic quæ in ſumma miſeria & egeſtate conſtituto alimenta data ſunt, non ſpe ea recuperandi, ſed humanitatis & miſericordiæ cauſa erogata præſumuntur; proinde licet poſtea alimentatus ad pinguiorem fortunam perveniat, tamen ad illos ſumptus reſtituendos de jure non tenetur, per *l.f.in pr.C.de poſtlim.reverſ.l.14.§.7.de relig.* & *notabil.text. in l.32.§.mulier.pen.de condict.indeb.* Tiraq. *de privil.p.cauſ.119.*

Limit. niſi tutor pauperi pupillo alimenta exhibuiſſet, aut alimentatus erga ſuum alitorem ingratus factus fuiſſet, ex Bald. Angel. Decio. Fab. *d.l.in f.d.verſ.* jung. Cujac. *16.obſerv.36.* Renger. *Th. iur.lit.A.n.187.* aliam limit. vid *in l.16.C.de Nupt.* & *l.7.ff.de calumn.* x' [illegible]dit. Tuſchus *concl.302.per tot.* (9) Sic filium putativũ alens, modò calumnia [illegible]t, ſumptus non repetit, *arg.l.33.ff.de condict. indeb.* Natta *conſil.108.n.8.* & *9.* Pontan. *c.9.n.7.* nec mulier ventris nomine in poſſ. miſſa, licet gravida non fuerit, nec pepererit, alimenta bonâ fide percepta non reſtituit. *l.1.§.7.ſi mul. vent.nom.cal.* quo de *ſupra th.11.* & *32.*

Quomodo præſum. & probetur animus repetendi. Contrarium autem, quod repetendi animo ſubminiſtrata ſint, pluribus alijs modis & partim dictis conjecturis in contrariũ verſis colligi & probari poteſt: ùt, ſi ejuſmodi expenſæ fuerint magni pretij: ſi alimentarius prorſus extraneus, nec qui aluit, ullo modo ad id obligatus fuerit: ſi alimentarius non alenti ſed ad proprium commodum tantùm operatus ſit. Aut *quando alendi neceſſitas non ad alentem, ſed ad alium potiùs ſpectet*, alenſque ſciat & credat iſtũm vivere

(1) & ſolvendo eſſe, de quo *in pr.praeced.th.* ſic filius, qui patrem inopem aluit, à fratribus ſuis eorumve hæredibus pro rata repetit. Bart. Caſtr. & alij *in d.l.34.ff.neg.geſt.* Atque hoc prætere

(2) rea indubium eſt, quando quis *ab initio ſtatim proteſtatus* fuiſſet, ſe non donandi animo tales expenſas facere, *text.in d.l.34. l.11.*

C.de

C. de neg. geſt. proteſtatione enim idoneè factâ jus proteſtantis conſervatur, *l. 4. §. 1. quib. mod. pign. ſolv. l. f. C. de neg. geſt.* ex intervallo autē addita, quoad præterita non valet. vid. Surd. *t. 6. q. 48. n. 64.* vel ſi aliunde ille animus ab alente ejuſvè hæredibus oſtendi poterit: ùt ſi tales impenſas *in librum rationum inter debita ſua retulerit. d. l. 34. in f.* modò in principio ſtatim iſta conſignatio facta quoque fuerit. conf. Carpzov. *d. c. 10. def. 23. ubi* in cit. reſp. die außgelegten Unkoſten als eine Schuld auffgezeichnet/ ex nuda autem conſignatione non concurrentibus alijs præſumptionibus talem effectum non reſultare, nec inde credendi animum ſatis dignoſci & probari poſſe, verius videtur, ut ex Finckelthaus tradit. Cl. Dn. Præſes. *in Not. VVeſ. de collat. dot. n. 3.* add. Surd. *d. q. 8. n. 74.* & Merckelb *ap. Klock. d. conſil. 129. n. 33.* Alimenta quoque non donata ſed animo recipiendi ſubminiſtrata fortiter præſumuntur, quando *alens alumni bona adminiſtrat*, quod in quocunque adminiſtratore procedit; ſemper enim geſtor intelligitur facere ſumptus non ex ſuis, ſed ex ijs bonis quæ adminiſtrat. *text. in l. f. ff. de pet. hær.* Caſtr. & alij *in l. 16. C. de neg. geſt.* Menoch. *d. c. 88. n. 23. & ſeqq.* Garz. *d. tr. c. 4. n. 2.* Sande *in decis. Friſ. l. 2. t. 8. def. 3.* quod tamen ſic intelligendum, ut, ſi bona alendorum (præſertim liberorum) proventu annuo ad alimoniam non ſufficiebant, quamvis diſtractâ proprietate ſuffeciſſent, non præſumatur alentem eas expenſas reputaſſe bonis, quæ adminiſtrabat, nec repetere poſſit, niſi pro concurrente quantitate annuorum redituum, per ea quæ *ſupra th. 38.* adducta ſunt. add. Tulden. *in C. h. n. 8.* Dn. Carpzov. *d. c 10. d. 28. & in modò cit. conſil. 129. n. 15. & aliq. ſeqq.* Merkelbach *ap. Klock.* Huc quoque referendum eſt, quando non obligati, ſed alimentandi culpâ alimenta non ſint percepta, tunc enim reſtitutio ab alijs ſuppeditatorum contra illum non habet locum, Socin. *conſil. 286. lib. 2.* Alex. *conſil. 26. lib. 6.* quod ex ſuperiùs traditis ſatis dijudicari poteſt. Sic etiam in caſu, quando magis obligatus locuples ſatis & paratus eſt ad alendum, nihilominus autem alius alimenta ſuppeditare pergat, pietatis & liberalitatis exercendæ animo hæc expendiſſe præſumitur, nec quicquam recipit, *arg. l. 2. in f. l. 11. l. f. ff. d. t. de neg. geſt.* etſi conſtet, obliquè

(3)

(4)

(5)

(6)

M 2 id

id actum, ut donatio prohibita (inter conjuges ſc.) exerceretur. per *l. 31. §. 8. & f. l. 33. ff. de don. int. vir.* Tulden. *d. l. n. 6.* Denique quando de repetitione alimentorum præſtitorum agitur, obſervari debet, quod, ſi quis plus in alimenta alicujus impenderit, quàm pro frugali exhibitione neceſſe erat, aut magis obligati bona, conditio, & conſuetudo admittebant, id quod ſuperfluum eſt, donaſſe videatur, nec hoc repetendi licentia detur. *arg. l. 3. ff. ubi pupill. l. 2. §. 1. C. eod. l. 2. C. de al. pupill. l. 18. §. 2. commodat. l. 2. & 10. C. de neg. geſt.* Carpz. *d. l. def. 24. n. 7.* Tulden. *ad C. h. d. l.*

LII.

De *contrariis Alimentorum; modis quibus ea finiantur & amittantur*, breviter nunc quoque agere neceſſum erit. Finiuntur autem alimenta (1) *Morte Alimentarii Naturali*: quamvis enim alendi onus, ſ. id ex legis ſ. hominis diſpoſitione incumbat à parte ejus, qui alimenta præſtare debet, reale ſit, & ad hæredes ipſius tranſeat, jung. *th. 4.* attamen ex parte recipientis hoc jus indiſtinctè perſonale eſt, & non tranſmittitur, *l. 8. §. 10. de tranſact. l. 14. de al. leg. l. 26. in f. quando dies leg.* Gl. *in l. 4. in f. de al. leg.* ad inſtar uſusfructus. Cl. Dn. Præſes *ad VVeſenb. t. de al. leg. n. 3. p. 323.* add. Gail. *2. obſerv. 88. n. 13* limitanda verò dicta ſent. quando fundus ſ. alia bona immobilia ſint relicta, quo caſu non tantùm uſusfructus, ſed etiam ipſa proprietâs cenſetur legata, & ita alimenta ad hæredes quandoque tranſmittuntur. *l. 4. ff. de al. leg. l. pen. §. 1. eod.* Gotofr. *ad l. 4. d. t.* Cujac. *ad l. 8. §. 12. de tranſact.* De morte civili, & quod per eam alimenta non amittantur, *ſupra th. 9. 12. inf.* ſatis oſtenſum puto. add. Azo. *in ſumma ff torum t. de alim. leg.* quem Dd. comm. h. ſequuntur. (2) Quando quis ex l. diſpoſitione alendus *aliunde habet*, operiſvè ſuis comparare poteſt, quo ſe & ſuos honeſtè & competenter exhibere valeat, *l. 5. §. 7. h. t.* de quo *ſupra th. 38.* latiùs actum eſt, add. Gail. *2. obſerv. 95. n. 9.* Mynſing *c. 1. obſerv. 64. n. 4.* (3) *Inopiâ obligati*, quando is, à quo alimenta petuntur, ipſe inopiâ laboret, & manualibus ſuis operis vix ſibi ipſi ſufficientem victum parare poſſit. *d. l. 5. §. 13. 25. l. pen. h. l. 1. §. 4 de tut. & rat. l. 1. C. h. l. f. §. 5. ubi Gl. C. de bon. qualib.* vide *ſupra th. 35.*

Finiuntur alim. (1) morte nat. alumni.

(2) quando is aliunde vivere poteſt.

(3) Inopiâ debitoris.

add.

add. Carpzov. *d. tr. p. 1. c. 32. def. 15. & p. 2. c. 25. def. 6. per tot.* (4) Finitur quoque hoc alimenta percipiendi jus, quando res ſ. prædium, ex quo alimenta per modum taxationis relicta ſunt, ſine obligati culpa prorſus intereat, aut fructus ad alimonia deputatos & neceſſarios ampliùs non ferat. per *l. 8. §. 2. de leg. 2. l. 5. de trit. leg.* vid. *th. 44. n. 12.* Idem procedit, ſi legatum aliquid ſit pro alimentis pauperum in certo aliquo hoſpitali commorantium, quod hoſpitale ſi deſtructum fuerit, legatum quoque deſinit, per *l. 38. §. 6. de leg. 3.* ſecus ſine dubio eſt, ſi ſimpliciter in uſum pauperum tale legatum datum fuerit. *arg. l. 16. de uſufr. leg.* Tiraquell *præ cauſ. privil. 91.* Coler. *lib. 2. c. 12. n. 52. cum ſeqq.* (5) Obligatio hæc finitur, quando cauſa ob quam quis aliquem alere tenetur, deficit: ſic liberantur ab hoc onere hæredes mariti, poſtquam viduæ dotem & alia illata reſtituerint, *th. 21. inf. & th. ſeq.* aut quando ea ad ſecunda vota tranſit. Sic ſervis & alijs ad operandum obſtrictis ſuum officium præſtare renuentibus nulla quoque debentur alimenta. (6) *Tempore* quoque finiuntur, quando ſcil. quod ijs additum fuit, præterlapſum, in dubio tamen potiùs perpetuum legatum hoc cenſetur, *l. 14. de al. leg. l. 41. §. 12. de fideic. lib. l. 33. pr. de ſtat. lib.* junctâ *l. ſ. C. de legat.* ad quam Dd. notant, quod alimentarius cavere debeat de reſtituenda re, ex qua alimenta percipit (7) Sic etiam alimenta deberi deſinunt, ſi modus & conditio poteſtativa, maximè quando in favorem debitoris eſt adjecta, non adimpleatur. *l. 5. §. 21. quando dies leg. l. 41. l. 75. de cond. & dem. l. 30. §. 4. de leg. 1. l. 8. C. de teſt. manumiſſ.* Menoch. *de Arbitr. c. 1. caſ. 5. n. 3.* modò conditio poſſibilis & honeſta ſit, qualis eſt, ſi uxor in viduitate permanſerit. *Auth. cui relictum C. de ind. vid. toll.* atque is, qui adimplere ſemel recuſavit, deinde pœnitens non auditur. *l. ſ. C de cond. inſert. l. 63. §. 1. de condit. & dem.* Sufficit autem, ſi conditio ſemel impleta fuerit, *l. 7. C. de inſtit. ſub condit. l. 77. pr. ad Treb.* aliter judicandum eſt, ſi annexa conditio ejuſmodi naturæ ſit, ut perpetuitatem requirat, tunc enim ſi non continuetur, adjunctum commodum perditur, *l. ſ. C. de inſtit. & ſubſtit.* latè de his Coler. *d. c. 12. n. 67. cum aliq. ſeqq. & eleg.* Zoeſius *ad ff. de cond. & dem. n. 22, 28. & per tot.*

(4) pereunte prædio, ex quo præſt.

(5) Deficiente cauſa ob quam præſt.

(6) Tempore

(7) Si modus & condiuo pot. non adimpletur.

Culpâ ſuâ quandoque etiam alimentarij alimenta tàm ex ultimis voluntatibus quàm ex l. diſpoſitione ſibi debita amittunt. Atque ita liberi, parentes, fratres alimentationis beneficio ſibi competenti indigni cenſentur, (8) cum ingratitudinis aliquam culpam in alitorem ſuum commiſerunt, ob quam exhæredari de jure poſſunt. *arg. l. ſ. §. 11. h. ibiq;* Gl. Gotofr. Bart. & Dd. comm. cui enim hæreditatem totam & omnia ſua bona denegare poteſt, is eidem etiam dubio procul bonorum partem ad alimenta neceſſariam aufferre poterit. per *l. 7. de except. rei iud. l. 21. de R. I. eleg.* B. Enenkel. *d. pr. 7. c. 5 n. 15.* add. Gomez. *var. reſol. tom. 1. c. 11. n. 13.* Gabriel. *lib. 6. concluſ. 1. de al.* Gudel. *de I. N d. c. 14. lib. 1.* VVeſenb. *inſ. de agn. & al. lib.* Tuld. *in C. eod. n. 5.* jung. *th. 9.* Rectè autem circa hæc notat Coler. *lib. 1. c. 5. n. 23.* quod diſtinguendum ſit inter dictas cauſas, & quod alimentorum privatio non ob omnes, ſed eas tantum modò, quæ benefactoris injuriam & dolorem principaliter reſpiciunt, locum ſibi vindicet. Et huc facit, quod ingratitudo in genere beneficia jure debita tollat, *arg. 2. F. 23. 24 l. f. C. de rev. don. ibiq;* Dd. *t. t. ff. & C. quæ ut indignis* Bald. *in l. f. C. de dot. promiſſ.* quaſi enim ſub conditione mutuæ pietatis hoc alimenta percipiendi jus quibuſdam à lege & natura conceſſum eſt. per *l. f. C. h. ibiq;* Gl. *l. f. C. de ſecundis nupt. Nov. 22. c. 26. & 27. in fin.* Verum enim verò dicta concluſio à Dd. commun. reſtringitur, alimentationiſque beneficium culpâ aliqua de jure commiſſum, retribuendũ eſſe concluditur, quando pœnitentiâ ſeriô actâ benefactori alumnus reconciliatus fuërit, *arg. l. 2. C. de libert. & eor. lib. l. 4. ff. de adim. leg. l. f. C. de rev. don.* B. Enenkel. *d. c. 5. n. 16.* ut ſupra in exemplo filiæ ſtuprum paſſæ latiùs probatum fuit. *th. 10. inf.* vid. Schneidevv. *de Exhær. lib. n. 18.* VVurmſer. *1. pract. obſerv. 37. obſ. 8.* per *c. f. Diſt. 13. & c. inter opera X. de ſponſ. l. 23. C. de nupt.* Menoch. *de Arbitr. lib. 2. c. 464. n. 24.* huc facit. *c. cum renunciatur. 32. q. 1. c. præceptum. inf. 32. q. 5. c. fidelior. & ſeqq. D. 50.* (9) Sic etiam uxor adulterio polluta & legitimè condemnata unâ cum dote & omnibus lucris nuptialibus alimenta quoque à marito ſibi aliàs præſtanda amittit, per *l. f. C. de repud. Novell. 117. c. 8. & N. 134. c. 11.* Bald. *in l. 27. C. de fideic.* Gudel.

Ob ingratitudinis culpam, ob q. pot. exhæred.

pœnitenti ignoſcendum.

Ob adulterium commiſſ. deneg. conjugi.

Gudel. *de I. N. l. 5. c. 10. verſ. præterea.* ſecus eſt, quoad bona paraphernа; quorum fructus ad alimenta uxori relinquenda ſunt, proprietate liberis reſervatâ *ſecundum* Gl. *in l. 8. C. de repud.* Boër. *deciſ. 338. per t. ubi aliq. limit.* aſſert. Rauchbahr. *p. 1. q. 47. n. 12. & ſeqq.* VVeſenb. *in t. de adult. n. 19. circa f. ibiq.* Bachov. Quandoque tamen etiam adulteræ uxori alimenta ſuppeditanda ſunt, quando ſcil. ad civiliter intentatam à marito contra illam actionem, quoad thorum tantum ſeparatio facta fuerit. Gl. *in c. 2. X. de divert.* Iul. Clarus *§. adulterium n. 17. ubi* Dd. communiter ita ſentire, aſſerit. add. Schneidevv. *d. l.* Pontan. *c. 14. inf.* Tulden. *in C. de Repud. n. 9.* Carpzov. *p. 3. c. 26. def. 18.* (10) Etiam vidua ſecundò nubens, aut etiam impudicè vivens ſua alimenta unâ cum alijs ab hæredibus ſibi competentibus lucris, & omnibus viduitatis privilegijs perdit, *l. 1. & t. t. C. de ſecundis nupt.* Clarus *in §. ſtuprum n. 6. & 7.* Berlich. *p. 4. concl. 31.* Farin. *p. 5. oper. crim. q. 142. n. 54.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 12. t. 5. n. 6.* (11) Alimentorum perceptione indigna quoque merito cenſetur uxor, quæ ſine prægnanti & approbatâ cauſa maritum malitioſè deſerit, per *Nov. 22. c. 15. §. 2. Nov. 117. c. 8. §. 5.* Rauchbahr. *d. p. 1. q. 47. n. 10.* Quæ autem juſtæ & ad hoc ſufficientes cauſæ ſint, videri poteſt. ap. Coler. *c. 10. n. 21. & ſeqq. lib. 1.* & alios *ſupra th. 18.* cit. Sanè, quamvis offenſam hic non ſufficicere, per ſe manifeſtum eſt, & ne quidem, ſi à marito malis mulieris moribus fortè irritato modicè vapulaſſet; marito enim modica caſtigatio non eſt deneganda. *text. in f. l. 15. ff. ſol. matr. c. 35. ibi. marito regenti conjugem ſuam. 23. q. 4.* latiùs hoc probat Coler. *d. l. n. 23.* atque hoc ſuo jure maritùs uti poteſt, utut promiſiſſet, de uxore nunquam coercenda, tacitè enim hic ſubintelligendum, ſi in officio permanſerit, nec malis moribus tale quid merita fuerit; imò, cum tale pactum contra bonos mores ſit, & peccandi occaſionem præbeat, nullius momenti id ipſum eſſe poteſt, *arg. l. 27. §. 4. ff. de pact. l. 123. de V. O.* & hanc communem omnium cordatorum virorum ſententiam eſſe, docet. Suarez. *in th. comm. opin. lit. N. n. 68. & ex eo* Coler. *d. l. n. 25.* Menoch. *de præſumpt. 19. lib. 5. & de Arbitr. lib. 2. c. 139. n. 8. ubi* latè oſtendit, quod maritus uxorem verberans præſumatur corrigendi

Niſi civiliter de eo agatur.

Vidua, ſi impudicè vivat.

Vxori ob malitioſam deſertionem.

animo

animo id facere. Quando vicè verſâ uxor marito inopi alimenta denegare poſſit, *ſupra th. 20. ſub f.* dictum eſt: de aljs modis, quibus alimentorum præſtatio ceſſet, ex ijs quæ de ſingulis ſupra allata ſunt, non difficulter dijudicari poterit, nec enim omnia huc apponere ratio inſtituti & temporis permittit: plura de his videri poſſunt, ap. Col. *d. c. 10. per tot. & ibid. cit.* Pontan. *c. 5.* Fabr. *de al. c. 7. per tot.* & latiſſimè ap. Surdum *t. t. 8.* (12) Vnicum hiſce, quo alimenta culpâ alumni amittuntur, modum addere convenit, *Præſcriptionem* videlicet: per hanc autem non quidem ea, quæ ex jure ſanguinis, legiſque diſpoſitione præſtanda ſunt alimenta, tolli queunt, cum nec juratâ renunciatione ijs præjudicetur. vid. *th. 46. n. 26.* ſecus autem eſt, ſi ex hominum privatorum voluntate ſint conſtituta, quæ ut alia jura & actiones 30. præſcribuntur annis. per *text. gener. in l. 3. C de præſcr. 30. vel 40. ann.* Notandum autem hic venit, quod, ſi alimenta ex annuo legato competant, cùm tot cenſeantur legata, quot anni *l. 35 §. f. de don. mort. cauſ.* & ſub cujuſvjs anni initio nova ſuboriatur obligatio *l. 11. de ann. leg.* vid. *ſupra th. 43.* non una ſimplici, ſed multiplici præſcriptione tollantur, ſcil. ut pro ſingulis annis 30. annorum decurſus requiratur. per *l. 7. §. f. ibiq́;* Dd. *C. d. t. de præſcr. 30. ann.* VVeſ. *conſil. 2. & 8.* Boër. *deciſ. 36. per tot.*

De pl. modis amitt. remiſſivè.

Alim. quædam tolluntur præſcript.

LIV.

Poſtremo hoc Diſſertationis loco quædam *alimentorum præſtitorum conſectaria, & effectus* apponere placuit. Cujuſmodi ſunt: (1) quòd juri accreſcendi locus non ſit inter alimentorum collegatarios, niſi id teſtator aliter ordinaſſet, per *l. 57. §. un. ff. de uſufr.* ſemel enim alimentarius, non verò duplicatis alimentis indiget, nec unus pro duobus edere ac bibere debet, *arg. l. 16. §. 2. de al. leg. l. pen. §. f. ad l. Falcid.* neque jus accreſcendi regulariter in diſpoſitionibus limitatis, qualis etiam hæc cenſenda, locum invenit. *l. 78. §. 10. ad Trebell.* Surd. *t. 9. q. 5. per t.* Menoch. *de præſ. 158. lib. 4.* (2) Alimentorum ſpontanea præſtatio parit præſumptionem, quòd parens filio ingrato, & propterea exhæredato offenſam remiſiſſe, & exhæredationem ſuſtuliſſe cenſeatur, *l. 3. §. f. cum l. ſeq. ubi* Bart. *n. f. de adim. leg. l. 5. C. famil. erciſc.* per ejuſmodi enim familiaritatis actus aliàs etiam

Ius accreſcendi hic ceſſat.

quævis

quævis injuria tacitè remiſſa, & ſublata cenſetur. *§. f. I. de injur. ibq;* Gl. & Schneidevv. *n. 4.* add. Clarus. *§. Teſtamentum q. 41. n. 9.* (3) Exinde autem filiationis probatio, niſi alijs prægnantioribus indicijs concurrentibus minùs rectè deſumetur, *arg. l. 28. C. de Nupt. l. 5. §. 9. l. 7. h. t. c. 3. X. qui fil. ſint. leg.* junctò *c. 13. X. de probat.* nec firmiùs inde ſemper præſumitur, Nutritorem alimentarij bona adminiſtraſſe. *l. 20. C. de neg. geſt.* Coler. *l. 2. c. 5. n. 1. & 4.* (4) Fortius autem inde, quod quis ex defuncti bonis alimenta percipiat, videtur colligi, hæreditatem ab eo aditam fuiſſe, ex Marant. & Angel. Coler. *d. c. n. 22.* Faber. *de al. p. 131. n. 9.* (5) Alimentarius Nutritorem ſuum ſine venia in jus vocare, nec accuſare poteſt, cum & ipſi meritò filialem teneatur exhibere reverentiam. *l. 17. l. pen. C. qui accuſ. non poſſ. l. 13. de in jus voc.* niſi fortè civiliter & actione in factum contra eum agere, ſuamque aut ſuorum injuriam atrocem vindicare velit. *l. 11. §. 1. ff. de accuſ.* nec tamen id ſine veniæ impetratione conceſſum eſt, *d. l. 13. l. 38. §. 9. ad l. Jul. de adult.* Gotofr. *ad l. 17. C. qui accuſ. lit. G.* Decian. *conſil. 2. n. 21. vol. 3.* Vigel. *in method. I. Civ. p. 1. l. 1. c. 12. except. 12.* (6) Alumnus pro Nutritore ſuo, nec hic pro illo idoneus teſtis eſt habendus, per *l. 6. C. l. 9. ff. de Teſtib. l. 24. ff. l. 5. C. c. 24. X. eod.* Menoch. *de Arbitr. 2. c. 101.* Maſcard. *de prob. concluſ. 1120.* plures hujuſmodi effectus inter alumnum & nutritorem recenſet Gotofr. *ad l. 1. C. quæ res pign. lit. G.* (7) Vt maritus pro alimentis quæ conjugi præſtat, dotis fructus lucratur, *l. 20. C. de I. dot.* vid. *ſupra th. 17. & ſeqq.* ſic etiam ſponſus ante nuptias celebratas ſponſam ſuam alens fructus quoque dotis ſibi promiſſæ accipit. *arg. l. 7. §. 1. ff. de I. dot. l. 38. §. 12. de uſur. & fruct. l. 42. §. fructus ſol. matr.* junctâ *l. ſecundum naturam ff. de R. I.* Azo *in ſumma Cod. de I. dot. n. 23.* Col. *d. c. 5. n. 19.* (8) Quando Mater ob ſcelus ultimo ſupplicio afficienda eſt, ob nutritionem infantis recens nati executio equidem non differtur, & nutrix potiùs ex publico conducenda erit, *arg. l. 25. ad SCt. Syllan. ib.* Dd. verùm quando alij corporali pœnæ ſubijcienda eſt, ipſaque partum lactare neceſſe habet, vel pœna talis differenda, vel ita temperanda erit, ne ob id infanti neceſſaria vitæ ſubſidia ſubtrahantur; quod videre eſt *in reſponſis* à Carpzov.

prax. crim. int. de ſtupro & adulterio paſſim adductis. Faber. *d. c. 4. n. 4.* (9) Bannitum filium, parentem conjugem, fratrem aut alium cognatum ſ. affinem in domo ſua alens & receptans, non punitur pœnâ receptatoribus impoſitâ, nec incurrit pœnam ſtatuti punientis eum, qui mittit ſubſidium bannito. per *l. 2 ff. de recept. c. 3'. X. de ſent. excom.* Surd. *c. 8. pr. 9. per tot.* Menoch. *de Arbitr. lib. 2. c. 348.* jung. *th. 9. & 14. in f.*

Atque hæc pro ratione inſtituti ex diffuſiſſimâ Alimentorum materiâ delibaſſe hâc vice ſufficiat.

SOLI DEO GLORIA.

ERRATA.

In th. 1. lin. 10. & in marg. leg. ſynonymis l. 33. pro de tr. d tr. th. 4. lin. 9. pro l. 25. 23. lin. 15 pro l. 145. 45. lin. 26. pro §. 19. 9. l. ſeq. leg. præſtanda. th. 5. l. 21. del. magis. th. 6. l. 14. leg. ad id. l. 23. pro hoc hàc. th. 7. in marg. leg. quàm. l. 49. leg. 199 l. pen. pro pr. C. l. ff. th. 8. l. pen. pro th. 46. 50. th. 9. l. 13. leg. neceſſaria th. 10. l. 19. pro humiliùs. l. 13. pro n. 14. n. 7. th. 12. l. 38. pro ablectentur, ablactentur. th. 14. l. 44. pro q. 2. 3. th. 15. l. 7. pro l. 14. 4. th. 17. l. 3. leg. arctiſſimã. l. ſeq. vita l. 48. leg. rigoroſa. th. 18. l. f. pro th. 31. 32. th. 20. in marg. leg. alendus. th. 21. l. 22. leg. interpretandum. th. 23. l. 4. leg. acceptã. th. 24. l. 22. pro th. 34. leg. 35. th. 25. l. 13. del. communiter. l. 26. c. 13. th. 26. l. 14. leg. concludunt. th. 27. l. 22. pro §. 9. 6. th. 28. l. 5. leg. Nov. 80. l. 70. intelligendam. th. 29. l. 23. pro §. 1 f. l. 26. add. c. 1. & 2. de empt. in Xuag. Gail. 2. obſ. 7. & ſeqq. l. 50. pro 42. 43. th. 31. l. 14. pro 42. l. 43. th. 34. l. 2. poſt erit inſer. quid. l. 24. pro l. 18. 6. th. 35. l. 7. leg. diverſas. th. 37. l. 31. leg. impudicam d. 61. plebeia. th. 38. l. 15. talis. l. antep. nobilis th. 39. l. 16. pro pr. §. leg ff. l. 50. provectiores. l. 59. del. quoq;. th. 40. l. 21. leg. veſtium lin. antep. exhibita. th. 41. l. 36. n. 2. add. & 19. th. 42 l. 58 pro eos eas. th. 43. l. 49. leg. n. 10. q. 68. th. 45. n. 23. leg. oppignoratione. th. 48. l. 16. (;) pon. poſt ſunt. th. 49. l. 43. leg. ſequuntur. lin. 63. inſer. poſt pr. 9.

Clariſſimo

Clariſſimo

DN. PARTHESIO
SVO

pro conſequendo in Iure DOCTORIS gradu
diſputaturo.

SAt dimicatum, docte PARTHESI, ſat eſt!
Iam nunc triumfos & ſonantibus canes
Pæana Metris. Res peracta ſic jubet.
Poſt tot laborum monſtra, poſt tot horridas
Moleſtiarum ſæpè devictas manûs.
Quis invidere ſaniorum debita
Brabea poſſit ſubſequamque gloriam?
Attolle vultum. Phœbus ex alto micans
Tibi luce ſpondet purpurante purpuram,
Et bracteatas indici gemmas parat
Themide ïmperante. Quid? quod in Tuum decus,
Illinc virens & Laurus & juxtà virens
Oliva pendet omnium lætabilem
Datura finem, ceu decet, certaminum.
Sed, annè finem Amice, rectè dixerò?
Niſi fama fallit, quem putamus ultimum
Agon agones ingeni plures Tui
Sequente ſecum tempore ex alto trahet.
Memini forum Te poſtulare Patrium;
Memini Ducalem flagitare curiam.
Quid curiam vocabo? Quid dicam forum?

Fortaſſis aciem jure ſummo, nec malè
Contrariarum longa bella partium
Iugeſque pugnas. Hiſque, Partheſi, dabis
Reſidua vitæ tempora & famam Tuæ.
Sit ita. Sed unum corde læto comprecor.
Vt pugna pugnam hanc alia, ſed laudabilis,
Sic Laurus hanc Laurum perennis, & decens
Auſûs ſequatur quoslibet VICTORIA!

Epigramma ad EUNDEM de ALIMENTIS diſputantem.

ARtem nutrit Honos. O nobile nutrimentum!
Et *Tellus Artem*, ceu decet, *omnis alit.*
Nemo hoc fortè negat. Sed ſi quis forſan, Amice
Hoc neget, Exemplo vincitur ille Tuo.
Hactenus *Ars aluit totam in Te plurima Mentem*
Artis nunc *Munus Munus Honoris alet.*
I nunc & quamvis comitante hâc adſpice Terram
Arti Terra dabit; Ars alimenta Tbi.

Scr. in Almâ Noricorum

Enoch Gläſer/ Sil.
P. Cæſ.

FINIS.